

ULTRAIECTEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVI DEI

Alfonsi M. Ariens

SACERDOTIS SAECULARIS

TERTII ORDINIS FRANCISCALIS SODALIS

(1860-1928)

ANIMADVERSIONES

PROMOTORIS GENERALIS FIDEI

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit

ULTRAIECTEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS
SERVI DEI

Alfonsi M. Ariens

SACERDOTIS SAECULARIS

TERTII ORDINIS FRANCISCALIS SODALIS

(1860-1928)

ANIMADVERSIONES

PROMOTORIS GENERALIS FIDEI

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit

1. — Causa huic Sacro Foro introducenda sistitur eximii sacerdotis ALFONSI M. ARIËNS, Tertii Ordinis saecularis S. Francisci (qui hodie *Ordo Franciscalis saecularis* appellatur) sodalis, qui in Nederlandia inter finem saec. XIX et anteriora currentis saeculi decennia, tum pastorali zelo in cura animarum tum potissimum in catholicis opificum consociationibus promovendis fovendisque alacrem impendit operam, adeoque de civili etiam societate egregie meritus est.

In eius laudem venit, uti scribebat d. 9 dec. 1966 *Em.mus Card. Bernardus J. Alfrink*, tune Ultraiectensis Archiepiscopus — quod, normas et monita Leonis Pp. XIII in Litt. Ene. « Rerum Novarum » (d. 15 maii 1891) secutus, « fundamentum iecit associationis opificum catholicorum, ex qua sensim effloruit illa societas *Katholieke Nederlands Vakverbond*, quae magnam in patria potentiam, auctori-

tatem et amplitudinem adepta est, de salvatione fidei opificum catholicorum praclare et optime merita ». Evidem Servus Dei, utpote « apostolus democratiae christiana », emancipationem opificum Catholicorum maxime promovit » (*Litt. Post.*, d. 9 dec. 1966, n. 3, pp. 3 s.).

Eius vero Causa — adnotabat *Em.mus Card. Iulius Döpfner*, tunc Archiepiscopus Monacensis († 1976) — « non tantum pro dioecesibus Hollandiae... magni momenti est, sed etiam quodam modo pertinet ad Germaniam catholicam: nam Servus Dei, ratione activitatis apostolicae, quam exercebat, tum ex operibus socialibus et caritativis Germaniae impulsus accipiebat, tum in ea influxus habebat », cum nempe « theorias sociales catholicas in proxim data opera deduxit » (*Litt. Post.*, n. 1, pp. 1 s.).

Huic itaque nobili Causae accedentes, brevem in primis vitae Servi Dei conspectum delineabimus; deinde probationum instructum inspiciemus; tandem de *sanctitatis fama*, quae adseritur, eiusque *fundamento* inquiremus, ad cognoscendum nempe num omnia prostant elementa quae ad introducendam Servi Dei Causam, Sacri Fori lege, requiruntur.

SYNOPSIS VITAE SERVI DEI et INITIALES CAUSAE GRESSUS

2. — *Alfonsus Ariëns* natus est in urbe Utrecht in Hollandia d. 26 apr. 1860 ex honestis catholicis parentibus Hadriano et Elisabeth Povel (cf. *Summ.*, p. 577, doc. 1); et postridie baptizatus (*Inform.*, p. 2, n. 2: deest Baptismi documentum), nominibus impositis *Alfonso Maria Augusto Iosepho*. Ab iis parentibus progeniti ac christianis moribus educati sunt, praeter Servum Dei, alii tres fratres et quatuor sorores, quarum iunior vitam religiosam amplexa est. Ipse Hadrianus pater publico officio in Ultraiectensi civitate fungebatur, ut-pote « l'unico avvocato cattolico della città di Utrecht, molto stimato da tutti per il suo continuo ed onesto lavoro » (*Summ.*, p. 19, § 65).

Pauca de Servi Dei infantiae et adolescentiae annis novimus. Deest documentum de recepta Confirmatione; circa decimum aetatis annum, uti videtur, ad sacram Synaxim primum accessit (cf. p. 19, § 66). Studiis deinde gymnasialibus et philosophicis apud Collegium de *Rolduc* vacavit, quibus absolutis, matura suscepta deliberatione, Seminarium dioecesanum ingressus est theologicis studiis, ad sacerdotium adspirans, operam daturus, presbyteratu in eadem civitate initatus fuit d. 15 aug. 1882, obtenta dispensatione super defectu aetatis (cf. p. 578, doc. 2).

Romam subinde ab Archiepiscopo missus, altiora sacrae theologiae studia apud Athenaeum Angelicum S. Thomae prosecutus est, doctoratus laurea die 14 iun. 1885 decoratus (cfr. p. 579, doc. 3).

Post haec, aliquod tempus in Italia demoratus, cum Assisium franciscalia loca veneraturus advenisset, Tertio S. Francisci Ordini adscribi petiit. Interim opifices apud Siciliae fodinas necnon marmorum lapicidinas in Tuscia invisit, ut eorum condiciones directa sua experientia cognosceret. Insuper in Taurinensi civitate S. Ioan-nem Bosco adivit, ut eius apostolico spiritu imbueretur, quiue « da quel momento divenne la guida della sua vita » (*Inform.*, p. 4, n. 3).

3. — In patriam an. 1886 reversus, vice-parochi officio in loco v. *Enschede* apud regionem industrialem de *Twente*, quae dicitur, per 15 circiter annos in primis functus est, ibique, miseris opificum

condicionibus permotus, quorum opera (praesertim catholicorum) « veniva sfruttata dai padroni liberali », dum socialismi athei principia interim disseminarentur (cf. *Inform.*, pp. 4 s.), sollicitudines suas nedum ad spirituales curas paroecialis communitatis sed et ad graves *ordinis socialis quaestiones*, ad spirituales ac morales operario-rum condiciones provehendas eorumque sublevandam inopiam, intendere coepit. Inter alia, an. 1889 fundavit « Societatem Catholicam Opificum a S. Ioseph » (*R. K. Werliedenvereniging*), cuius et statuta ac programma dictavit. De aptis quoque exstruendis aedibus pro ipsorum opificum decenti habitatione (antequam publica lex de exstruendis domibus popularibus an. 1901 promulgaretur) sollicitus fuit.

Eodem caritatis sapientisque praevidentiae spiritu ductus, an. 1891 fundavit « Syndicatum catholicum », ad opifices christianis principiis imbuendos simulque eorum legitima tutanda iura. Insuper de condendo in Enschede « Instituto bancario » (Cassa di Risparmio), sub nomine « *Providentia* », an. 1892, opportune cogitavit; et an. 1893 edendam curavit ephemeridem « *Katholieke Werkman* » (Operario Cattolico). Item aedes et aulas, in quibus operarii coadunarentur, aliaque in eorum moralem ac materialem utilitatem executus est.

Peculiari Servi Dei merito quoque adscribitur quod *alcoolismum*, multorum malorum fomitem, late tunc praesertim inter operariorum coetus propagatum, radicitus extirpare sategerit.

« Con molta tattica e cautela, — scriveva il Patronus — iniziò una lotta accanita contro l'alcoolismo, difendendo con molta convinzione il punto di vista cattolico circa la temperanza e l'astinenza totale, ben certo che l'esempio ed il sacrificio di un gruppo avrebbe avuto degli effetti prodigiosi nel campo sociale e nell'ordine della grazia. Durante tutta la sua vita il Servo di Dio fu pieno di zelo per questo movimento » (*Inform.*, p. 7, n. 7).

4. — Cum autem multiformis ac perardua actuositas, quam Alfonso Ariëns in re sociali alacriter prosequebatur, aliquibus fastidio esset, nec plena consiliorum ac methodorum consonantia haberebatur inter ipsos ecclesiasticos viros, Archiep. *Henricus Van de Wetering*, aliquali etiam diffidentia erga Servum Dei motus, opportunum duxit eum de urbe Enschede amovere, eidemque animarum curam committere, parochi titulo, apud ruralem paroeciam de *Steenderen*. In ea Servus Dei, aliis distentus curis, per septem circiter annos,

humiliter ac fideliter adlaboravit, de spirituali fidelium bono prae-
primis sollicitus atque caritatis operibus promovendis, praesertim
inter humiliorem gentem, assidue intentus.

Evidem, uti advertit cl. Patronus, « l'attività di parroco dell'Ariëns a Steenderen aveva un accento sociale », nec destituit promovere « le organizzazioni cattoliche », sibi persuasum habens « che esse erano uno strumento necessario per la cura d'anime » (*Inform.*, p. 10, n. 8).

Inter alia, « prese le iniziative per le Casse di mutua assistenza per malati e ricoverati in ospedale (cf. *Summ.*, p. 22, § 76), e si dava da fare per ottenere migliori paghe per gli operai agricoli; promosse lo sviluppo della popolazione cattolica con la fondazione della prima casa per Ritiri spirituali nei Paesi Bassi (p. 38, § 128)...; eresse un reparto della 'Kruisverbond' per promuovere l'azione contro l'alcoolismo (p. 210, § 655) ».

5. — Anno itaque 1908, suadente parocho Sloet qui Servi Dei pastoralem actuositatem in Steenderen optime noverat ac pro merito aestimabat, Archiepiscopus ad regendam largiorem paroeciam in urbe *Maarsen* eum destinavit. In ea, Servus Dei per duodeviginti annos, usque ad an. 1926, in pastorali ministerio plurimum se impedit atque egregiam exantlavit operam, tam in spiritualibus quam in temporalibus, praesertim inter operarios atque humiliores classes.

Tandem an. 1926, infirmitatis causa, dimisso parochiali officio, apud Sorores Infirmaryias a S. Ioseph apud *Amersfoort* se recepit, ubi postremum vitae biennium in religiosa quiete piaque rerum caelestium contemplatione transegit, nec a sacris exercendis ministeriis, quatenus vires permetterent, penitus desistens. Ingravescente demum infirmitate, Ecclesiae sacramentis munitus, die 7 augusti 1928 pia iustorum morte animam Deo reddidit.

Eius corpus Tertiiorum Franciscalium habitu, prout optaverat, indutum, funebribus rite persolutis, ad urbem *Maarsen*, deductum est, ubi nempe parochiali ministerio ab an. 1908 ad 1926 diutius functus erat, atque in locali coemeterio humatum.

6. — Ea sanctitudinis fama iam in vita magisque post mortem, ut perhibetur, Servus Dei ornatus floruit, ut an. 1958, triginta ab eius obitu elapsis annis (cf. can. 2049), Processus Ordinarius super

fama apud Curiam Archiepiscopalem Ultraiectensem adornatus fuerit et an. 1965 rite absolutus, processiculis super « non cultu » nec non super scriptis interea constructis: quorum Acta ad S. Rituum Congregationem transmissa, die 8 octobris 1965 aperta sunt.

Servi Dei scripta a tribus Censoribus theologis subinde examinata fuerunt; quibus rite praestitis, S. Congregatio pro Causis Sanctorum, d. 21 ian. an. 1972 decretum edidit: « *Nihil obstatem quominus ad ulteriora procedatur, reservato tamen, etc.* », sueta formula.

7. — His breviter enarratis, abs re non erit heic adnotare praeципuum Causae eiusdem Servi Dei fautorem fuisse, uti videtur, insignem virum laicum publicis primariisque officiis, quibus in servizio Hollandicae nationis functus est, merito clarum, scil. *Carolum Iosephum Mariam Ruys de Beerenbrouck* († 1936).

Cl. vir fuit « Deputato dal 1905 al 1918, Primo Ministro dal 1918 al 1925, Presidente della Camera dal 1925 al 1929, di nuovo Ministro di Stato dal 1933 al 1936 »; quiue « principalmente nei primi anni della sua vita politica e sociale collaborò strettamente » cum Dei Servo Alfonso Ariëns; et « si aiutarono appoggiati e stimolati a vicenda per diecine di anni ». Ipse Carolus Ruys « era presidente della Organizzazione generale internazionale per la lotta contro l'alcoolismo » (*Summ.*, p. 433 s., § 1249).

Subdit vero *d.na Maria Ioanna Alexandrina*, filia praefati Caroli Ruys, quae est testis 57^{us}:

« Dopo la morte del dr. Ariëns mio padre, che aveva avuto molto contatto, del tutto personale, a voce e per corrispondenza, con il Servo di Dio, si propose immediatamente di fare conoscere e venerare il suo amico » (p. 434, § 1250). - « Nonostante che era occupatissimo, primo Ministro e poi Presidente della Camera, si incaricò molto presto dell'impegno preso di sua spontanea volontà. Quell'impegno era: rendere di pubblica conoscenza la vita del Servo di Dio e rendergli gli onori che riteneva gli spettassero, affinché il suo influsso sull'Olanda Cattolica si perpetuasse... Fece formare una commissione permanente con lo scopo di rendere più nota la vita sacerdotale di Mons. Dr. Alfonso Ariëns. Quella commissione, fu denominata *Commissione Ariëns...* Mio padre era il presidente, e alla sua morte († 17 aprile 1936) gli successe il Prof. Dr. Gerardo Brom » (p. 435, §§ 1250 s.).

Et addit: « So anche che mio padre, già nel gennaio 1934, quando fu a Roma con Mons. Poels, si informò da diverse persone sul da farsi per una eventuale Beatificazione del Servo di Dio » (p. 436, § 1253).

Praedicto Doct. Gerardo Brom, in catholica Universitate Noviomagensi professori (t. 3^o), successit an. 1947 *prof. Ludovicus Iacobus Rogier* (t. 89^{us}): quo praeside, praefata Commissio petiit ab Archiepiscopo Ultraiectensi, ut initiales gressus in Causa Beatificationis Servi Dei fieri possent.

Haec omnia, procul dubio, redundant in ipsius Servi Dei laudem, eiusque multiformem actuositatem tam in sacris perfungendis ministeriis quam socialibus institutis christiano spiritu imbuedis, valde commendant, atque de felici Causae exitu bene sperare sinunt, firmo dumtaxat quod eiusdem sanctitudinis fama non ex profanis rationibus orta sit, sed iis notis probetur ornata, quae can. 2049 adumbrantur, vid., ut sit « spontanea, non arte aut diligentia humana procurata, orta ab honestis gravibusque personis, continua, in dies aucta et vigens in praesenti apud maiorem partem populi ».

DE PROBATIONIBUS

8. — Iuridicae probationes in Causa Servi Dei, in hoc scilicet praeleminari stadio, obtainentur ex *Processu Ordinario Informativo* apud Curiam Ultraiectensem a d. 3 augusti 1958 ad d. 1 aug. 1965 ad ornato, in quo 93 testes excussi fuerunt: et ex iis *viginti ex officio*, qui nempe nn. a 59° ad 64°, a 66° ad 78°, et 82° recensentur.

Ingens sane testium numerus, iisque omnes, uno excepto (t. 53°, ex A. V.), *de visu* exhibentur, pro certis nempe ac definitis vitae periodis seu momentis quibus Servum Dei cognoverunt atque vitae consuetudinem cum eodem habuerunt.

Ex iis haud pauci sunt in ecclesiastica vel civili auctoritate seu dignitate constituti, alii vero ex variis socialibus ordinibus accensi. In eorum elenco recensentur:

1 Episcopus, *Exc.mus Ioannes Smit*, olim Norvegensis Episcopus, tunc Canonicus in Basilica Vaticana (t. 34^{us});

13 sacerdotes saeculares (tt. 2-7, 35, 79, 80, et 59, 60, 61, 64 ex off.): ex iis sex olim fuerunt viceparochi ipsius Servi Dei, adeoque vitae consuetudinem ad plures annos cum eo habuerunt;

3 sacerdotes religiosi (tt. 25, 56, 90);

11 sunt religiosae Sorores ex uno altero Instituto (tt. 9-11, 23, 27, 30, 47, 52, 53, 85, 86);

alii 65 testes sunt laici, viri vel mulieres: inter eos eminent t. 1, *doct. Ioannes R. H. Van Schaik*, iam Status administer et per 27 annos « Deputato degli stati generali »; - t. 8, cl. vir *Herman Christiaan Nijkamp*, iam de senatorio ordine, Praeses « Associationis Catholicae Operariorum » (pp. 133-145); et alii.

Inter testes computantur 5 nepotes (tt. 23, 26, 29, 31, et 83), qui cum Servo Dei inde ab anteriore periodo vitae familiaris conversati sunt.

9. — Ipse Patronus succinctum conspectum exhibet *praecipuum testium*, qui nempe et copia et pondere cuiusque depositionis magnam afferunt Causae utilitatem (*Inform.*, pp. 18-21):

ex gr. sex sacerdotes, qui viceparochi ipsius Servi Dei in *Maarsen* inter ann. 1908 et 1926 exstiterunt, ac plura concreta facta enarra-

runt ad eiusdem gesta atque virtutes illustrandas utilia; - Sor. Maria Stanislaus (t. 9) aliaeque Sorores, quae Servo Dei adstiterunt in extrema infirmitate; etc.

Re quidem vera, *Summarii* paginas pervolutando, facile advertitur materiae copia et momentum plurium testium depositionum, paucioribus exceptis (iis nempe, plus minusve, qui inter nn. 68-87 recensentur).

In genere, interrogatoria apte congesta (ne moles succresceret, non fuerunt in *Summario* reportata: quod quidem difficiliorem aliquando reddit responsionum sensum), specificae quaestiones testibus distincte propositae, testium responsiones satis disertae et enucleatae atque concretis factis innixae. Ipsi Iudices plures testes contestes aliosque ex officio vocandos esse decreverunt (cf. *Copia publ.*, pp. 6-9), et quosdam iam auditos denuo arcessiverunt, eo fine ut obscuriora quaedam vel minus certa delucidari possent, incongruentiae inter testes vel contradictiones superari, lacunae impleri. Quod si non semper id plene assequi valuerunt, nihilominus magnam acribiam ac sollertia in construendo Processu ostenderunt.

Animadvertis potest, quoad testes, pauciores omnino inveniri ex humiliori condicione sociali, ut ex. gr. Sor. Rosam Petronillam Ammerlaan (t. 27^{um}, pp. 280-289): quod mirum videtur, cum Servus Dei totam fere vitam sacerdotalem in ministerio parochiali impenderit atque inter opifices humilemque populum operando transcurserit.

Item unus tantum testis acatholicus invenitur, *d.nus Hendricus Beernink*, ludimagister (t. 81^{us}, pp. 546 s.): quod minus congruum videtur, attento praesertim quod Servus Dei frequentes relationes et contactus cum acatholicis habuerit iisque fuerit bene acceptus (cf. *Summ.*, p. 23, § 79; p. 230, § 716), eorum familiis quoque subvenire consueverit (cf. p. 8, §§ 23 s.; p. 208, § 652).

Ait testis 15^{us}: « Era molto ben visto dalla gente; dai cattolici come dai protestanti e dagli ebrei » (p. 216, § 670; p. 215, § 669; etc.).

Et t. 12^{us}: « Nel 1911 a Scheveningen fu organizzato il congresso internazionale dell'alcoolismo, dove si vide quanto erano numerosi i contatti internazionali e interconfessionali del Servo di Dio... » (p. 198, § 624).

Et quidem iuxta can. 2027, § 1, ad deponendum testes in Causis Servorum Dei admittuntur « haeretici quoque et infideles », at-

tento quod « tamquam testes vocandi in primis sunt... ii omnes qui cum Servo Dei familiaritatem vel consuetudinem habuerunt » (can. 2024).

10. — Ad *qualitatem testium* eorumque auctoritatem quod attinet, Promotor Fidei in suis litteris d. 12 aug. 1964 ad Promotorem Generalem Fidei apud S. Rituum Congregationem, testatur « eos omnes morum integritate, rerum scientia et prudenti iudicio pro eorum condicione (alii enim magna cultura eminent, alii simplices sunt fideles) adeo pollere, ut eorum testimonio plenam fidem adhibere liceat, et quaecumque mendacii vel erroris suspicio sit amo-venda » (*Copia publ.*, p. 9/2).

Magis cautus *Archiepiscopus Card. Bernardus Alfrink*, in suis Litteris d. 1 aug. 1965 ad Em.mum Praefectum S. Congregationis Rituum (cf. *Copia publ.*, pp. 3-5), scribebat:

« Id unum mihi superest adnotandum, nempe testes a Postulatore exhibitos, aliosque testes et contestes ex officio inductos, *paene omnes*, ut me non fallit, esse indubiae fidei, quippe qui homines probi, ac omni exceptione maiores... ».

Profecto non omiserunt Iudices quasdam animadversiones vel exceptiones circa aliquorum testium auctoritatem, ubi res erat, ad-movere, quamvis de eorum bona fide seu sinceritate non dubitarent: ut, ex. gr., de testibus: Schaik, t. 1; Brom, t. 3; Uytewaal, t. 6; Nij-kamp, t. 8; Sor. M. Stanislaus, t. 7; Boerma, t. 61; Koop, t. 63, etc. (cf. *Copia publ.*, pp. 3-5).

Quod quidem monet singulorum testimonia opportune cribra-nda esse, maxime ubi ad futuram virtutum demonstrationem assu-menda sint. Nec potest exinde suspicio esse quod in testium selec-tione praetermissi ex industria fuerint illi qui contra sanctitudinis famam vel virtutes Servi Dei quidpiam dicendum haberent.

11. — Nominatim quaedam adnotanda veniunt, de t. 3°, *d.no Gerardo Bartholomaeo Brom* (cf. Summ., pp. 18-58), professore eme-rito Universitatis Noviomagensis (ann. 1923-52), qui inter praecipuos testes recensetur, et auctor est pernotae *biographiae* Servi Dei (cf. p. 19, § 64), quam haud pauci perlegerunt testes *. De eius sincerita-

* GERARD BROM, *Alfons Ariëns*. - Ampia e documentata biografia in due volumi, Amsterdam 1941: I, pp. XV-631; II, pp. V-741. - Edizione più ristretta (senza la documentazione), in un volume, Utrecht 1950, pp. 703.

te ac veritate dictorum in iudiciali depositione ipsi Rev.mi Iudices nos certiores faciunt, etsi *biographiam cum cautela legendam esse dicant*, prout legimus in *Litteris*, quas nuper citavimus, ad S. Congregationem:

« *Testis G. B. Brom est vir acris ingenii. Eius liber de Servo Dei*, editus anno 1941, in nonnullis locis *caute est legendus*. Vide etiam testem J. H. Beutener in quaestionibus praeliminariis, ad IV (t. 2^{us}, cf. *Summ.*, p. 5, § 12). Siquidem auctor huius libri habet valde magnam reverentiam erga Servum Dei et vehementer desiderat ut beatificetur, imo sanctus declaretur. Sed pro sua religiositate et sua subtili conscientia eius testimonia, sub fide iuramenti dicta, sunt omnino tamquam vera accipienda. Haec iam olim scripta sunt conformia cum eis quae dixit L. I. Rogier (cf. *Summ.*, p. 569, § 1538) in sessione 64 i. f. » (*Copia publ.*, p. 4).

12. — *Peculiares exceptiones* a quibusdam testibus, circa obiectivam rerum enarrationem in praefata *biographia*, permotae sunt, ut ecce:

Prof. Ludovicus I. Rogier (t. 89^{us}), in sua depositione (quam ipse Patronus dicit « buona ed interessante »: cf. *Summ.*, p. 563), ex officio interrogatus circa « i due tomì della biografia del parroco Ariëns scritti dal prof. Brom », haec animadvertisit:

« Dal punto di vista documentario la biografia del Dottor Brom è del tutto corretta. In molti casi il Prof. Brom non vede però che il bianco e il nero, dando alle volte un *giudizio non interamente corretto sugli avversari del parroco Ariëns per fare risaltare meglio il suo protagonista*. Oltre a ciò il Prof. Brom considera alcuni fatti del tutto ordinari nella vita del parroco Ariëns come indizi di eroismo. Non vedo questo come disonestà da parte di Brom, ma piuttosto come una *sovraesposizione artistica* » (p. 569).

Et parochus J. H. Beutener (t. 2^{us}) declarat: « In quanto ai fatti di Maarsen non sono sempre d'accordo col prof. Brom » (p. 5, ad IV).

Item t. 63^{us} (5^{us} *ex officio*), *Theodorus Koop*, ita conqueritur:

« ... desideravo che si rendessero note anche delle cose meno buone del parroco Ariëns, tanto più che la mia impressione è che il Dottor Brom, scrivendo la sua biografia, *non mi interrogò*. Fu perché sapeva, per averlo sentito dire, che avrei segnalato qualche cosa contro? O perché il parroco Geertman, il quale sapeva questo anche lui, non suggerì il mio nome al Professor Brom? » (p. 509, ad finem).

Unde idem *Theodorus Koop* petiit ad normam can. 2023 ut a

Tribunali audiretur, et revelaret quae ei minus favorabilia videbantur de Servo Dei (cf. pp. 509-512).

Et addit testis: « Ho sentito dire qualche volta che il professor Brom quando scrisse la biografia non interrogò neppure gli *ex viceparroci* del parroco » (p. 512, in fine).

Re quidem vera viceparochi isti referunt haud pauca minus favorabilia Servo Dei, ut suis in locis animadvertam.

Quidquid sit de ista re, constat sex viceparochos, olim ann. 1908-1926 Servi Dei coadiutores in *Maarsen*, omnes ad deponendum accessitos fuisse, uti superius innuimus (v. n. 9). Attentis eorum testimoniis, censeo de bona fide et sinceritate testis *Gerardi B. Brom*, in iis quae sub iuramenti fide deposituit, non esse dubitandum, uti Rev.mi Iudices adverterunt. Id tamen non excludit quod testis, ob magnam in Servum Dei admirationem ac devotionem, quaedam in eius laudem plus aequo, praesertim in biographia, ampliaverit. Pariter timendum est ne eius exaggeratae laudes, in praefata biographia disseminatae, erroneum influxum in testes haud paucos (qui eam perlegerint) exercuerit, eosque ad Servi Dei laudes exaggerandas induixerint, non semper omnino ad obiectivae veritatis apicem. Quapropter, uti Iudices opportune monuerunt, « *eius liber... in nonnullis locis caute est legendus* ».

13. — Ad documentationem tandem quod attinet, eadem *fere inexistentis* invenitur (cf. *Summ.*, pp. 577-683). Paucissima enim documenta extrajudicia (sex omnino) quae Postulatoris industria in dioecesi expetita fuerunt (cf. p. 577, nota), omnia sunt indolis formalis, utpote attestations de S. D. nativitate, de ordinatione sacerdotali, de doctoratu in theologia, de eiusdem designatione in coadiutorem apud paroeciam in Enschede, ac deinde parochi in Steenderen, et parochi in Maarsen.

Quae quidem *documentorum exiguitas* non potest admirationem non movere, cum agatur de Causa per insignis sacerdotis, qui diuturnam et actuosissimam vitam, inter opera sacerdotalis ministerii et socialis activitatis, in difficilioribus saepe adiunctis, assidue exegit.

Exspectandum omnino est ut opportunis ac diligentibus explorationibus, *in archivalibus fontibus* peragendis, *congruens et adaequata documentatio*, ut par est, apparari possit tum ad complementum processualium depositionum tum etiam ad quasdam implexas quaestiones apte delucidandas.

DE FAMA SANCTITATIS SERVI DEI

14. — Cl. Patronus, de Servi Dei sanctitudinis fama, quae adseritur, disserens (cf. *Inform.*, XVI, pp. 121-130), sic generatim scribit:

« La fama di santità in genere è la stima o l'opinione comune della purezza e integrità di vita e delle virtù esercitate non in forma comune, ma in modo costante e superiore al modo medio di operare... Di questa stima ed opinione comune di tutte le virtù, esercitate in grado del tutto singolare, il Servo di Dio Alfonso M. Ariëns, godeva già durante la vita; ma essa crebbe soprattutto dopo la sua morte, in forma straordinaria, diffondendosi in tutta l'Olanda e nei paesi vicini » (*Inform.*, p. 121 s., n. 74).

Et ad hanc firmam suam propositionem corroborandam plura adducit testium explicitas vel implicitas asseverationes, quarum quaedam ipsam famam universim affirmant, quaedam vero exsurgentem eiusmodi opinionem ipso Servo Dei vivente adumbrant, plures autem famam ad eiusdem obitum vel subsequentibus annis magis manifestam intendunt. Quae quidem testimonia, sat plura ac conspicua, attente ac pro merito, in suo complexu, sunt perpendenda.

Profecto etsi quorundam testium affirmations sat genericae sint nec necessario sanctimoniae famam proprie dictam innuant — ut, ex. gr., cum gentes dicerent « *un altro parroco non potrà mai uagliarlo* » (cf. t. 2^{us}, p. 8, § 24), aut quod « per il suo grande valore spirituale (era) apprezzato non solo dai cattolici del nostro paese, ma da tutto il nostro popolo » (t. 54^{us}, p. 422, § 1220), aut quod esset « un grand'uomo nel campo sociale » (t. 61^{us}, p. 493, § 1367), « una personalità spiccatissima » (t. 62^{us}, p. 504, § 1390); et similia. Nihilominus non desunt voces quae Servi Dei *sanctitatem, iam dum viveret, satis aperte testentur vel sufficienter adumbrent* (cf. varia collecta testimonia, in *Inform.*, pp. 122-123).

Sat ponderata, hac de re, videtur haec affirmatio *sac. Nicolai Van Dieden* (t. 7ⁱ), qui fuit Servi Dei viceparochus ann. 1922-1925:

« Credo che coloro che ebbero a che fare con lui, fin dal principio, abbiano capito che *Ariëns era un santo*, anche se non lo hanno sempre dichiarato con molte parole: io personalmente ero convinto della sua grande santità » (*Summ.*, p. 131, § 432).

Magis explicitam ac manifestam eiusmodi famam *post Servi Dei mortem* extitisse, atque subsequentibus annis gradatim increvisse ac perseverasse, etiam extra ambitum locorum (Enschede, Steenderen, Maarssen) in quibus Alfonsus Ariëns suam explicuerat actuositatem, satis colligitur ex testimoniis sane multis, ex variis testium classibus obvenientibus (cf., in *Inform.*, pp. 124-128). Nec desunt voices de *gratiis ac supernis favoribus* varii generis, quae Servi Dei intercessioni adscribantur (cf., in *Inform.*, pp. 129-130).

15. — His libenter adnotatis, facere non possum, pro mei officii ratione, quin et *contrarias seu minus favorabiles voces*, a quibus cl. Patronus penitus praescindit, animadvertistam. Non desunt enim testes item sat plures, etiam dignitate et auctoritate conspicui, qui de eiusmodi adserita sanctitatis fama Servi Dei, praesertim dum viveret, *negative se habent*, aut *saltem dubitant*. En praecipua in hunc sensum testimonia.

Rev. Wilhelmus Boerma (t. 61^{us}, 3^{us} *ex officio*), rector domus recollectionis seu Instituti geriatrici in quo Servus Dei novissimum vitae biennium transegit, eique morienti adstitit atque absolutionem impertivit (cf. *Summ.*, p. 484, § 1350) — qui, teste Sorore *Maria Stanislaus* (t. 9^{us}) « non era certo uno dei più entusiasti ammiratori di Ariëns » (p. 164, ad 19) — *sic deposit*:

« Sono convinto che il Servo di Dio abbia praticato le virtù in circostanze normali; ma *non sono convinto che egli sia stato eroicamente virtuoso*, perché io non ne ho le prove » (p. 485, § 1351).

Et explicavit: « Quasi esclusivamente nel periodo di Amersfoort ho conosciuto bene il Servo di Dio. La mia impressione in linea di massima era: normale, normalmente santo. Ciò che ho visto del Servo di Dio in quegli anni, si può constatare in molti altri sacerdoti » (p. 487, § 1354). - « Nei miei contatti con lui ho notato poche cose eccezionali » (p. 490, § 1361).

Et concludit, opinionem suam de Servo Dei sic perstringens:

« Era morto un grand'uomo, un uomo con grandi meriti nel campo sociale. Questa era l'impressione generale. Per me personalmente egli era un sacerdote eccezionale, un sacerdote al di sopra del concetto che normalmente abbiamo di un sacerdote » (p. 493, § 1367).

D.nus Theodorus Koop (t. 63^{us}, 5^{us} *ex officio*), haec dixit:

« Quando si parlò di avviare la Causa di Beatificazione, *mia madre disse*: ‘Cosa? beatificare Ariëns? Sarà meglio che desistano da questa impresa: era un uomo straordinario; ma questo è troppo’ » (*Ibid.*, p. 512, ante medium).

Ipse testis, pro sua opinione, haec declaravit:

« Quanto ad una eventuale Beatificazione, voglio dichiarare che apprezzerei se il parroco Ariëns fosse un giorno beatificato. Ho però l’impressione che l’interesse per lui fu destato più o meno artificialmente dal parroco Geertman, ora defunto, il quale aveva bisogno di denaro per la costruzione della chiesa. Questa è stata denominata: *chiesa commemorativa di Ariëns* (*Ibid.*).

Item *d.nus Petrus G. F. Reith* (t. 62^{us}, 4^{us} *ex officio*), qui diutius Servum Dei parochum in Maarssen cognovit, etsi eximias eius virtutes agnoscat, « è molto critico nei suoi confronti », ut ipse Patronus agnoscit (cf. *Summ.*, p. 493). Haec, inter alia, in sua deposizione fas-sus est:

« Tengo il Servo di Dio in grande conto: lo stimo nonostante le sue originalità... Se un giorno sarà beatificato, apprezzerò questo particolarmente, più perché molta gente lo desidera, che per motivi personali » (p. 494, § 1369). - « Lo consideravo un uomo veramente grande, con doni straordinari dello spirito e del cuore; un uomo che fece e raggiunse grandi cose; inoltre, era un sacerdote piissimo, sebbene avesse anche dei difetti e delle imperfzioni » (p. 498, § 1376).

Et sic concludit: « E’ sempre stata mia impressione che egli era un uomo di grande qualità, in vari campi, e piissimo. Personalmente non l’ho mai considerato un santo. Voglio però attestare che altri lo fanno, e che la sua intercessione è chiesta da molti...; il numero di coloro che visitano la sua tomba, va crescendo d’anno in anno » (p. 508, § 1398).

Rev.mus Wybren De Jong (t. 35^{us}), Servi Dei viceparochus ann. 1925-26, satis aperte innuit Alfonsum Ariëns apud catholicos de Maarssen (ubi parochi munere ann. 1908-1926 functus est) mediocri aestimatione habitum fuisse:

« Durante le visite alle famiglie tentava soprattutto anche di essere amabile, ma non vi riusciva sempre »; - imo parochianos sat dure tractabat, eos ‘gentem sine affectione’ saepius appellans (quod quidem

ipsis viceparochis ‘pareva un poco esagerato’... «A dire il vero, dubito che era veramente il benvenuto dappertutto» (p. 363, § 1069).

Ipse testis, nominatim de fama sanctitatis disserens, testatur:

«Credo che alcuni membri di *Caritas* lo consideravano come un santo durante la sua vita: d'altra parte, in quel tempo, *non sentii parlare di santità* per rapporto alla sua persona. Se devo dire *la mia opinione personale*: ho sempre avuto l'impressione che il Servo di Dio avesse raggiunto un grado di vita spirituale che sorpassava la misura comune dei buoni preti» (p. 362, § 1067).

Ex depositione eiusdem *Rev.di De Jong* comperimus (prouti ipsum Tribunal adnotavit) quod «si sente dire a più riprese, che il suo collega *Don J. Prein* (‘era il suo eminente collaboratore, anche se non sempre convinto’: p. 366, § 1076) *non era molto entusiasta per l'introduzione del processo di Beatificazione*» (p. 364, § 1072). - Ad haec testis *De Jong* respondens, haec inter alia advertit:

Ipse testis, nominatim de fama sanctitatis disserens, testatur:

«... *Don Prein* era tutto l'opposto di *Ariëns* per quel che riguarda il carattere: terribilmente realista, non apprezzava, mi pare, l'*Ariëns* entusiasta e spesso ingenuo... Fu un ottimo docente di storia, e un uomo di grande autorità nel campo della liturgia. Però *Don Prein* non ha mai avuto l'occasione di conoscere gli uomini con le loro qualità svariate e con le loro stranezze: credo sia stata questa la ragione per cui non si entusiasmò per *Ariëns* né per la sua Causa di Beatificazione... *Don Prein* non aveva un giudizio chiaro in quella materia (scil. de Causa Beatificationis). Ma si scandalizzava inconsciamente (tale è la mia impressione) dell'entusiasmo, forse un poco esagerato, di *Ariëns* e di molte ‘sciocchezze’ (a suo parere) che *Ariëns* nel suo zelo faceva: *Don Prein* non lo prendeva interamente sul serio» (p. 365, § 1372).

Tandem audiatur testimonium *d.nae Mariae A. I. Goossens* (t. 31ⁱ), quod quidem, in laudem etiam sonat ipsius Servi Dei:

«Alla sua santità non pensavo affatto allora (cum nempe *Servus Dei* viveret). Ci era strettamente parente. La parola *santità* è una cosa talmente a parte per noi altri laici! Probabilmente per voi è una

cosa più familiare. Trovavo però che la sua vita era stata esemplare, e che egli *aveva praticato di continuo e con molto impegno le virtù cristiane*. Il tutto, *in modo particolare e più che il comune sacerdote*» (p. 325, § 973).

His pro officii ratione adnotatis, *omnibusque conlatis testimoniis*, fateri cogimur voces sanctitudinis famam resonantes, qua S. D. Alfonsus Ariëns floruisse dicitur, et numero et testimoniorum pondere *longe praevalere* inveniuntur prae aliis vocibus contrariis aut minus favorabilibus. Quae quidem *fama*, iam in eius vita adumbrata magisque post mortem manifestata, iis notis ornata videtur, quae eam, ad normam can. 2050, § 2, genuinam satis ostendant. Quod tamen tutius affirmari poterit, si de eiusdem theologico fundamento apprime constiterit: quod in sequenti paragrapho sedulo inquirendum erit.

DE FUNDAMENTO FAMAE SANCTITATIS

16. — Testes longe plurimi, qui sanctimoniae famam Alfonsi Ariëns testantur, sibi persuasum habent Servum Dei christianas virtutes assiduo diurnoque exercitio excoluisse, in iisque communem aliorum piorum christifidelium imo et sacerdotum modum longe superrasse, adeoque dignum esse qui aliis sacerdotibus in vinea Domini adlaborantibus omnibusque Christifidelibus in exemplum proponatur. Nec desunt qui censeant eiusmodi virtutes, aut unam alteramve, *heroicum* in modum Dei Famulum exercuisse, ut videre est ex diserta *virtutum Sylloge*, quam cl. Patronus ex conspicua testimoniorum serie congessit (cf. *Inform.*, pp. 21-116), *de virtutibus nempe tum in genere* (pp. 21-26), cum *in specie* (pp. 26-116: virtutes theologicae, pp. 26-84, nominatim caritas in proximum, pp. 61-84; - virtutes cardinales, pp. 84-104; - aliae virtutes, pp. 104-116).

17. — Pauca tantum heic referimus testimonia, quae praecipua videntur, utpote Servi Dei habituale virtutum exercitium globali quodam conspectu attingentia in eo altiore perfectionis gradu, quem testes, eidem diurnae vitae consuetudine propiores, plerumque admirati sunt.

Rev. Villemus Van den Hengel (t. 5^{us}), Servi Dei coadiutor utpote viceparochus in Maarssen ann. 1908-1915, eiusque testamenti executor, sic depositit:

« Il Servo di Dio esercitò le virtù divine e morali in modo eroico, perché, nonostante il fatto che era timido di natura, osò andare continuamente, senza affettazione e ostentazione, contro corrente nel suo ambiente... Lottando con armi pacifiche e prudenti, affrontava tutte le resistenze e cambiava i nemici in collaboratori. Non irritava, ma con la sua lealtà, la sua fedeltà nei doveri e la sua affabile cortesia, conquistava i suoi collaboratori. Si elevò al disopra delle norme che valgono comunemente. Per me fu un eroe nella carità verso Dio e il prossimo..., una figura in tutti i sensi integra, senza ruga o piega, timoroso soltanto dei suoi difetti e dei suoi sbagli volontari » (*Summ.*, p. 83, § 281).

D.nus Franciscus Smithuyzen (t. 32^{us}), qui operans in Maarssen

frequentes inter ann. 1915-1926 habuit cum Servo Dei relationes, varias edisserens virtutes bonasque animi qualitates, heroicitatis indicium videt praesertim in perfecta animi abnegatione et alacritate in operibus ad Dei gloriam proximorumque salutem prosequendis:

« Oso dire che sono assolutamente convinto che *praticava le virtù cristiane eroicamente...* Quella completa abnegazione di se stesso, quella generosità del Servo di Dio mi hanno sempre particolarmente colpito » (p. 329, § 963).

Similiter Rev. *Leo Feldbrugge* (t. 59^{us}, 1^{us} *ex officio*), viceparochus in Maarssen ann. 1919 et 1921, qui etiam insequentibus annis saepius eum vidit, hanc Servi Dei imaginem repraesentat:

« Il Servo di Dio si innalzò molto al di sopra del sacerdote normale pio e buono. Egli fu sempre un sacerdote pio e fervoroso. Si impose altissime esigenze. Il livello che voleva raggiungere fu altissimo. Un particolare distacco dalle cose terrene, un grande amore per il prossimo ed una grande umiltà » (*Ibid.*, p. 462, § 1304).

18. — Prae singularibus Servi Dei virtutibus, *caritas in Deum et proximum* a testibus omnibus, nullo fere excepto, potissimum extollitur, nec desunt qui heroicitatem, propriis vel similibus terminis, exprimant, dum universam eius vitam et inexhaustam actuositatem christiana *fide* et filiali in Deum fiducia inspiratam et informata pariter efferunt (cf. *Inform.*, pp. 26-44, de fide; pp. 45-50, de spe).

De *caritate in Deum*, quaedam iuverit audire testimonia, aliis a Patrono in *Informatione* copiose adductis (cf. pp. 50-61):

Rev. Nicolaus Van Dieden (t. 7^{us}), eius in ministerio parochiali coadiutor, ait: « La sua attività era generata dal suo amor di Dio... Non saprei trovare altro movente nella sua vita che l'amor di Dio » (*Summ.*, p. 117, § 388 et 390); - « ho avuto sempre l'impressione che il Servo di Dio vivesse in una sfera soprannaturale » (p. 126, § 415).

Rev. Antonius S. Uyttewaal (t. 6^{us}), item eius cooperator, animam et fontem omnis eius activitatis in Dei amore assignat, haec inter alia proferens: « Si sentiva che viveva completamente la sua fede, eppure era in mezzo al mondo... » (p. 88, § 294); - « Era un grande spirito..., tutto era impregnato da una grande fede; aveva una profonda spiritualità... » (p. 90, § 300); - « Il fatto della sua straordinaria attività, proveniva da una vita soprannaturale... *Non so trovare altri*

motivi che l'amor di Dio. Viveva una vita interiore, nonostante tutte le sue attività... Il Servo di Dio era veramente un *Homo Dei* » (p. 91 s., §§ 308 s.).

Sor. Gerard Van Soest (t. 11^{us}): « la vita del Servo di Dio fu un continuo esercizio della più eroica carità... » (p. 193, § 612); - et *Helena Parmentier* (t. 37^{us}): « ho sempre pensato che faceva tutto il suo lavoro per l'amor di Dio, per avvicinare gli uomini a Dio » (p. 389, § 1136; cf. t. 36^{us}, p. 376, § 1102; t. 33^{us}, p. 348, § 1032; etc.).

Item *Ioannes Beutener* (t. 22^{us}): « la sua grande attività proveniva soltanto da un grande amore di Dio... » (p. 236, § 736).

19. — Amor Dei, quo *Servus Dei flagrabat, spiritu orationis et eucharistica pietate*, necnon singulari devotione in B. Virginem, impense fovebatur:

Rev. Hadrianus Van Hofslot (t. 60^{us}, 2^{us} ex off.), viceparochus ann. 1915-1922: « Tutte le sue attività erano ispirate dal suo rapporto con Dio, ma la sua vita di preghiera era anche in relazione al suo lavoro... La prima cosa per lui era la vita di preghiera. Egli era un uomo di preghiera. Egli coltivava la preghiera con costante regolare esercizio... » (p. 477, § 1335).

Et *Rev. Antonius Vogelpoel*, C. SS. R., qui Servo Dei adstitit novissimis eius infirmitatis annis (t. 25^{us}), testatur: « Mi stupiva che, avendo lavorato tanto e così intensamente nella sua vita, poteva avere una vita di preghiera così profonda e raccolta. Lo osservai bene: era un uomo di preghiera... » (p. 266, § 818).

Item *Exc.mus Smit* (t. 34^{us}): « Nonostante la sua operosità e le sue grandi attività, metteva la vita di preghiera in primo luogo » (p. 360, § 1060).

Et alii testes sane multi: cf. t. 3^{us}, p. 51, § 172; t. 7^{us}, p. 126, § 416; t. 9^{us}, p. 156, § 494: « ho sempre presente il Servo di Dio come uno che era completamente pervaso da Dio »; et p. 160, § 516: « un sacerdote che viveva in continuo contatto con Dio... »; etc.

Sor. Maria Stanislaus (t. 9^{us}) ad ultimos praesertim vitae menses se referens, testatur: « Il suo spirito di preghiera mi colpiva molto...: tengo presente il Servo di Dio come il grande *Orante*... » (p. 166, § 535); - « ... nell'ultima settimana..., apparve allora sempre più intensa la sua vita di preghiera » (p. 154, § 491).

20. — De eius *caritate in proximum*, vere supernaturali, innumeras sunt testimonia, ad omnium fere *Summarii* paginas, quae in

Informatione, collecta, saltem praecipua (cf. pp. 61-84), facile perlegi possunt. Pauca tantum refero:

Prof. G. Brom (t. 3^{us}): « La sua carità verso Dio si mostrava nella carità verso il prossimo » (p. 43, § 147); - item *Rev. Antonius Vogelpoel*: « deve aver avuto una grande carità verso Dio, data la sua grande carità verso gli uomini » (p. 268, § 822).

D.na Helena Parmentier (t. 37^{us}): « Durante tutto il tempo che conobbi il parroco Ariëns, lo vidi praticare le virtù della carità ed umiltà in modo eroico. Tutto ciò che intraprendeva, lo faceva per il prossimo, perseverando sempre, nonostante l'ingratitudine » (p. 387, § 1128).

D.nus Wilhelmus Vloeijberghs (t. 54^{us}), qui inde ab an. 1907 plures habuit cum Servo Dei contactus, eius opera caritativa et socialia admiratus, ait:

« ... il modo di praticare l'amore del prossimo, rivela che aveva un grande amor di Dio; ... ciò che constatai nella sua opera per i più poveri e per coloro che erano caduti nell'abiezione più di tutti, mi dava l'impressione che egli amava Dio di un amore eccezionale » (p. 420, § 1214).

Et t. 58^{us}, *Alida Reith*: « tutto il suo modo di fare, le sue imprese, dimostrano certamente *un grande amore, più che normale* » (p. 450, § 1281).

Eius caritas *ad omnium hominum classes*, absque exceptione, ferebatur:

« Ciò che mi impressionò particolarmente — ait t. 65^{us}, *Henricus L. Hoogenhuis* — fu che egli andava sempre cercando dove poteva essere utile a Dio ed al prossimo. Egli parlava solo di cose essenziali, non perché avesse poco tempo, ma perché Dio ed il prossimo occupavano *un posto del tutto centrale* nella sua vita... Egli era animato da un grande fervore per i suoi ideali, facendo ogni sforzo per avvicinare gli uomini a Dio... Si sforzava sempre di far del bene nel campo spirituale, incoraggiandoci a partecipare a qualche opera buona...; si sentiva che era sempre animato dall'idea di dover cogliere tutte le occasioni di fare quanto era possibile per la propagazione del Regno di Dio fra gli uomini » (p. 518, § 1418).

Iuxta t. 32^{um}, *Franciscum Smithuyzen*, *Servi Dei caritas in pastorali ministerio singulari modo refulsit*:

« Non risparmiava alcuna fatica per elevare i suoi parrocchiani ad

un livello più alto... Anche ad ore inopportune era disposto a ricevere, ascoltare e rispondere. Facendo sacrifici personali cercava di rimettere le pecorelle smarrite del suo gregge sulla retta via... » (p. 332, § 998).

Et *Alida Reith* (t. 58^{us}): « Egli si recava spesso in visita dalle famiglie, specialmente dove il suo intervento era più necessario: dove la fede era indebolita. Non mi è noto che facesse visite di piacere... Egli considerava le visite come un apostolato. Secondo le sue stesse parole, considerava tutta Maarssen come la sua parrocchia » (p. 440, § 1261).

21. — De S. D. *caritate erga iuniores, infirmos, pauperes et indigentes*, plura habentur collecta testimonia in *Inform.*, pp. 71-78.

At *caritas Servi Dei*, veluti singularis praerogativa eius apostolatus inter populum Dei, in variis operibus quae, multiformi ratione atque indefessa activitate excogitavit atque tum per se tum per alios impense promovit, *in ambitu sociali* potissimum refulsit, *ad condiciones nempe tum materiales tum spirituales operariorum*, christiano spiritu, provehendas; et in hunc finem varias opificum associationes condidit ac promovit.

Testatur *Rev. Vilhelmus Van den Hengel* (t. 5^{us}), hac de re optimè informatus:

« ... Il Servo di Dio capì fin dall'inizio che l'*ordine sociale* è una condizione necessaria per rimanere suscettivi del Vangelo. Difatti fu lui che, prima dell'Enc. 'Rerum Novarum', fondò la prima associazione operaia in Olanda. Il fatto che in Olanda gli operai cattolici sono stati preservati da un ulteriore allontanamento dalla Chiesa, è da attribuire al tempestivo ed instancabile zelo del Servo di Dio e di altri, per un giusto ordinamento sociale-economico » (p. 83, § 280).

D.nus Henricus Hoogenhuis, quem nuper citavimus, sic de caritate S. D. in proximum, universim, testatur:

« A parer mio le sue attività per il bene spirituale del prossimo, erano di un tale carattere ed intensità che, secondo me, non è possibile spiegare altrimenti, se non che spinto da un amore soprannaturale... La sua disposizione soprannaturale si manifestava soprattutto nel suo lavoro e nel far del bene a costo di se stesso... » (p. 521, § 1423).

Hanc praesertim S. D. caritatem in proximum una cum aliis virtutibus Servum Dei heroicum in modum exercuisse, tenet *d.nus*

Everardus P. Sluyters, ex diurna quam habuit cum eo consuetudine ann. 1917-1924 in Maarssen:

« ... in un modo molto eroico: egli sacrificava se stesso, tutto ciò che possedeva, e tutto quanto gli era più caro » (p. 528, § 1440).

De peculiari Servi Dei sollicitudine pro opificum condicione sociali, illud, inter alia, a testibus refertur quod ad evitandam cessationem cuiusdam fabricae textilis cum dimissione circ. 40 operariorum, subsidia per familias ipse quaeritabat, imo et vicos circuibat ut textilia venderet, et sic aliquam « cooperativa » condere posset. Ad rem testis 30^{us}:

« La grande e generosa decisione del Servo di Dio di andare lui stesso alla questua per evitare che 39 tessitori cattolici licenziati da Haaksbergen perdessero il pane, e arrivare così alla fondazione di una propria cooperativa... » (*Summ.*, p. 310, § 934).

Et t. 42^{us}: « Il dott. Ariëns si diede da fare e fece molti viaggi per vendere le stoffe fabbricate da noi » (p. 403, § 1172; - cf. t. 26^{us}, p. 276, § 851).

Idem dicatur de strenua Servi Dei actione ad debellandum « *alcoolismum* », inter operarios late diffusum, qui fons et origo era multarum calamitatum in ordine tum physico tum etiam morali (cf. t. 14^{us}, p. 212, § 662; t. 32^{us}, p. 327, § 979; t. 33^{us}, p. 345, § 1025; - praesertim t. 54^{us}, W. Vloeijberghs, qui de providis Servi Dei incoepitis ad extirpandam plagam « *alcoolismi* » late disserit, cf. *Summ.*, pp. 416-421).

22. — *De aliis quoque virtutibus* sat diserta et copiosa exstant testimonia, quae longum esset vel breviter heic referre (cf. *Inform.*, pp. 84-87, *prudentia*; pp. 87-90, *temperantia*; pp. 90-97, *iustitia*; pp. 97-104; - *obedientia*, pp. 104-107; *paupertas*, pp. 107-109; *castitas*, pp. 110-112; *humilitas*, pp. 112-116).

23. — Ex iis quae ex *Summarii* paginis breviter delibavimus, videtur *sanctimoniae fama*, qua Servus Dei Franciscus Ariëns iam dum viveret, magis vero post mortem, apud varias hominum classes floruisse a testibus passim refertur, *sat bono ac solido fundamento* innixa. Etsi enim rariores inveniantur testes qui eius virtutum heroicitatem apertis verbis praedicent, nihilominus longe plures, ne dicam fere omnes, agnoscent Servum Dei christianas virtutes, pro

suo sacerdotali statu atque pastorali ministerio, eo singulari et excellentiore modo usque ad vitae exitum, per ultra 40 sacerdotalis vitae annos, constanter exercuisse, qui communem aliorum etiam piorum sacerdotum *longe superare* plerumque visus sit.

His pro merito libenter adnotatis, *quasdam exceptiones* nunc admoveare debo, in iis potissimum animadvertisens quae unam alteram ve virtutem obfuscare videantur, maxime si quidpiam gravioris difficultatis rationem praeseferre videatur, ut *infra* sermo erit (v. nn. 25-27, 34).

24. — *De Fide ac Religiositate Servi Dei.* - Quaedam etiamsi raro deprehenduntur, quae aliquam umbram firmitati vel puritati eius fidei iniicere videntur.

De *fidei* virtute Servi Dei nemo est qui dubitet, immo plures testes magnis eam laudibus efferunt (cf. *Inform.*, pp. 26-44).

Profecto non bene sonant quae Rev. *Remigius Peters* (t. 4^{us}), viceparochus, sic refert:

« La sera prima della sepoltura del buon viceparroco de Bouter ad Enschede il Servo di Dio mi disse: *Non ho più fede!* Il Servo di Dio si rammaricò di non potere accettare immediatamente il fatto che il buon Dio aveva chiamato a sé un tanto valoroso consigliere per il movimento operaio » (*Summ.*, p. 63, § 218).

Molestis quoque *scrupulis* vexatus esse refertur *Servus Dei*, prae-
sertim novissimis annis, idque etiam in administratione Sacra-
mentorum.

« Era tormentato da scrupoli — ait *Sor. M. Stanislaus* (t. 9^{us}), — come, per es., durante la consacrazione della S. Messa » (p. 150, § 480).

T. 25^{us} refert, ex auditis a *Rev.do Boerma* (t. 61°): « Una volta il Servo di Dio era ammalato e stava per ricevere la S. Comunione a letto. Quando già stavo avanti a lui col Santissimo, il Servo di Dio disse: ‘Rettore, aspetti un poco: non ho fede’... » (p. 265, § 814).

Item, uti refert testis 59^{us}: « era meticolosamente timoroso: ciò appare chiaro dal fatto che ai miei tempi non purificava mai un ciborio e non battezzava mai un neonato... » (p. 465, § 1308).

Et t. 75^{us}: « Egli fu veramente un poco scrupoloso negli ultimi anni della sua vita: quella scrupulosità si manifestava nel domandarsi con angoscia se in vita sua aveva ben fatto abbastanza nel servizio di Dio » (p. 516, § 1411).

Circa formas externas pietatis, depositus Rev. Wybren J. De Jong (t. 35^{us}), viceparochus Servi Dei ann. 1925-26, nempe novissimis mensibus ante eius mortem:

« Avevo spesso l'impressione che il confessore gli aveva imposto di non fare stravaganze nelle devozioni, nella pietà esterna, ecc. Credo che, senza quella imposizione, le avrebbe fatte certamente, nel senso buono, si intende. Sono però contento che non le fece, altrimenti molti lo avrebbero reputato ancora più eccentrico... Aveva alcuni tratti caratteristici, e un po' strani... » (p. 369, § 1080).

25. — *De virtute Spei.* - Ad exercitii ambitum theologicae huius virtutis referenda est *gravis ac molesta quaestio*, quam excitavit depositio Rev. Nicolai van Dieden, viceparochus Servi Dei in Maarssen ann. 1922-1925. Refert enim testis Alfonsum Ariëns, aliquot ante obitum annis, ipsi viceparocho iniunxisse ut, ad mortem « apparentem » evitandam — quam pertimescebat — remedium *euthanasiae* ipsi procuraret. Rev. dus van Dieden, ceteroquin valde benevolus in sua depositione erga Servum Dei, cuius virtutes ultro agnoscit et dilaudat (cf. *Summ.*, pp. 100-133), ad rem *sic depositum*:

« Temeva anche la morte apparente. Una volta mi disse: 'Se muoio, devi farmi una incisione al polso'. - Quando gli feci intendere che non lo avrei fatto, mi disse che avrei dovuto domandarlo al medico di farlo. 'Me lo devi promettere, e devi essere presente affinché si faccia', — disse il Servo di Dio —. Aveva chiesto la stessa cosa al mio predecessore, il parroco *Uyttewaal*; e questi, a causa della vivacità del Servo di Dio, gli rispose: 'Se Lei giace tranquillo, sarà sicuramente morto' » (*Summ.*, p. 109, ad 17).

Praefatus Rev. *Uyttewaal* (t. 6^{us}), iam deposuerat: antequam autem processus clauderetur, Tribunal eum denuo vocavit, atque quaectionem expresse ex officio eidem proposuit. Testis *negavit* se quidquam in hunc sensum a Servo Dei audivisse:

« *Egli non mi ha mai detto* che, dopo la sua morte, bisognava tagliargli la vena del polso con un coltellino » (p. 100, § 337).

Denuo vocatus Rev. Van Dieden, incunctanter *confirmavit. Sic legimus in Copia Publica:*

« Iudex Delegatus praelegit quae testis R. *Uyttewaal* in sua testificatione in sessione 61^a asseruit. *Testis respondit*: « Quel che ho dichiarato allora, è giusto. Il parroco Ariëns ha parlato con me e col parroco

Uyttewaal di morte apparente. Che abbia parlato col parroco Uyttewaal della opportunità di fargli una piccola incisione per vedere se fosse veramente morto, *non lo so*. So però che il Servo di Dio *ne ha parlato con me: dovevo fargli una piccola incisione per vedere se era veramente morto*. Si intende che non ho avuto l'intenzione di lasciarlo morire dissanguato. Ariëns mi aveva detto che nella sua famiglia vi erano stati parecchi casi di morte improvvisa, e che in casi simili non pareva esclusa la possibilità di morte apparente» (*Copia publ.*, p. 708).

Animadvertere heic debeo iteratam hanc depositionem *Rev. Nicolai van Dieden* — qua nempe anteriorem suam affirmaticinem confirmavit — *non fuisse in Summario reportatam* (cf. pp. 109 et s.), ut par erat, stante quaestionis gravitate.

26. — Hac de re Rev.mi Iudices ad S. Congregationem Rituum die 1 aug. 1965, Acta Processus Romam transmittentes, ita scripserunt:

«Testis W. J. *De Jong*, parochus in Sloeten, quamvis sat infirmus, est tamen testis solidae auctoritatis. Hic testis in sess. 42 ad 115 asserit dictum testem *Rev. van Dieden non esse expertem phantasiae*. Quamvis testificatio in sessione 16^a dicti testis van Dieden iudicio Judicum videatur in genere veritati conformis, mirum tamen videtur quod ille asserit ad 17, a-c, circa petitionem Servi Dei timore mortis apparentis, scil. ut *post mortem eius fiat incisio in pulsu venarum medio cultelli*. Vide etiam alterum examen dicti testis *van Dieden* in sessione 63^a, ubi bis loquitur de parva incisione. Testis *Rev. D. A. S. Uyttewaal*, vir sincerus et validae auctoritatis, qui a teste *van Dieden* tamquam *contestis* allegatur in causa, dixit in altero suo examine in sessione 61, *se nihil de dicta incisione scire*» (*Copia publ.*, pp. 4-5).

Testimonium Reverendi *De Jong* textualiter hoc est:

«Ho l'impressione che per il suo rimarchevole discorso, pronunciato in occasione del centenario, il Dott. J. de Bruijn abbia consultato, come fonte d'informazioni, anche il mio compagno di classe e buon amico, *Don N. van Dieden*, anche lui ex cappellano di Maarssen, perciò mi sia lecito osservare che quest'ultimo fa qualche volta *trop poco uso della fantasia*» (p. 370, § 1083).

Ad complementum, referre oportet *textualem depositionem Rev.di Uyttewaal*, qui viceparochus fuit Servi Dei an. 1922.

In prima depositione testatus est:

« Una volta mi disse che aveva paura della morte apparente. Allora io gli risposi: Appena Lei sarà fermo, immobile, oserò farla seppellire, anche senza il rapporto del medico, perché in quel caso lei sarà morto certamente. Tanto era mobile e attivo il Servo di Dio » (p. 86, § 287).

In altera autem depositione: « Qui ripeto ancora una volta ciò che ho dichiarato precedentemente. Il Servo di Dio e io parlammo bensì, talvolta, di *morte apparente*. Gli dissi allora: ‘Rev. Parroco, quando Lei resterà fermo, oserò farlo seppellire senza neanche un certificato di morte, perché Lei allora sarà bello e morto’. - *Egli non mi ha mai detto* che, dopo la sua morte, bisognava tagliargli la vena del polso con un coltellino. Non ho nemmeno sentito dire da altri che il Servo di Dio abbia detto questo ».

27. — Profecto quaestio in praesenti casu de « *euthanasia* » — utrum nempe sacerdos Alfonsus Ariëns *incisionem ad euthanasiam procurandam aptam* uni vel alteri ex suis cooperatoribus *sibi peragen-dam petierit, necne* — est quaestio valde gravis, tum in se, tum etiam eo quod petitio a Servo Dei facta esse prohibetur novissimis vitae annis, scil. inter an. 1921 et 1925: eaque *ab Actoribus omnino delu-cidanda est antequam ad introductionem Causae deveniri possit*.

Est enim *eius naturae ac gravitatis quaestio*, quae rationem *peremptorii obstaculi* implicare possit, ut facile quisque advertit. Investigandum enim erit, qua maiore fieri possit diligentia et obiecitivitate, utrum Rev. Nicolaus van Dieden, quoad petitionem de « *euthanasia* » a Servo Dei eventualiter ipsi factam — prouti semel atque iterum coram Tribunali affirmavit — recte ac iuxta veritatem testatus sit.

Profecto, quantumvis de « *exaltata phantasia* » velit quis praefatum testem insimulare (« ... fa qualche volta *troppo uso della fantasia* »: v. *supra*, n. 26), difficulter persuadere quisquam sibi potest *sacerdotem ac coadiutorem* — ceterum in Servum Dei in sua depositione plerumque benevolum, immo « personalmente convinto della sua grande santità » (p. 131, § 432) — flagrantis mendacii auctorem in re tam gravi, et quidem in iudicio, extitisse, aut ipsius Servi Dei verba minus recte intellexisse.

Nec abs re erit pressius investigare de « *timore improvisae mortis* », quo Servus Dei vehementer afficiebatur, uti praefatus testis *van Dieden refert*: « La notte il Servo di Dio teneva la porta di ca-

mera aperta: *temeva la morte improvvisa* » (Summ., p. 109, ad 17): etiamsi « non avesse paura di morire », imo « era convinto di andare in Paradiso » (p. 108, ad 18; et p. 115).

28. — *De Caritate in proximum.* - Laudibus generatim extollitur ac commendatur Servi Dei caritas in proximum, praesertim in operibus socialibus ad opificum utilitatem promovendis neconon in varii generis industriis et curis ad subveniendum necessitatibus indigentium tam spiritualibus quam corporalibus (v. *supra*, nn. 20-21).

Quaedam tamen in testium depositionibus invenimus, *quae opportuna delucidatione egent*, ut Servi Dei virtus a levioribus quoque maculis, hac in re, purgetur.

D.nus Henricus Hoogenuis (t. 65^{us}), Servi Dei consobrinae filius, ad importunum eius quaestuandi vel exigendi modum se referens, testatur:

« Il Servo di Dio aveva senza dubbio delle antipatie. Una mia cognata, benché ricca, non dava molto per le opere buone. Secondo lui, egli otteneva troppo poco da lei; talvolta egli parlava di lei in termini che facevano intendere che ella non era molto stimata da lui » (Summ., p. 521, ad 72).

Rev. Wybren J. De Jong viceparochus (t. 35^{us}), ad ultimum annum in Maarssen sese referens, recolit iudicium minus favorabile, quod Servus Dei expressit erga quemdam concionatorem quem invitaverat (« Ed egli ha accettato! disse il Servo di Dio »). *Et prosequitur testis:*

« Quel discorso mi è rimasto nella memoria, perché quella piccola frase, assai significativa, mi parve *contraria al suo modo così cauto*, col quale egli soleva esprimersi quando si trattava del prossimo » (p. 369, ad 107).

Idem *Rev. De Jong* ita refert et commentatur modum sese gerendi parochi Ariëns erga suos parochianos in Maarssen:

« A più riprese qualificava i cattolici di Maarssen come ‘*gens sine affectione*’: a noi viceparroci questo pareva un po’ esagerato » (p. 363, ad 12; - cf. t. 59^{us}, p. 460, § 1300).

D.na Helena Vermeer, t. 34^{us}, de Servi Dei relationibus cum protestantibus, refert:

« Aiutava anche i protestanti. Se non mi sbaglio, un giorno, che era nato un bambino, disse che lo si sarebbe aiutato, ma che *la madre, non praticante, non sarebbe stata aiutata* prima che praticasse di nuovo la religione » (p. 386, ad 13).

Quae tamen agendi ratio Servi Dei inducere possit indigentes ad exercitium religionis externum et fictum, ut nempe auxilia materialia recipient.

Rev. Rosarius Berkel, O. F. M. (t. 56^{us}), reprehensionem minus benevolam cuidam rudiori homini factam sic recolit.

« *Servus Dei*, tunc parochus in Steenderen, cum quadem die inventisset hominem vino deditum, cui antea eleemosynam dederat, « Io rimproverò fortemente, ma quello gli rise in faccia. Io mi trovai in canonica. Quando il parroco tornò, disse: *Quel cattivaccio mi ha proprio preso in giro!* » (p. 430, § 1240).

29. — *Etiam in relationibus cum adlaboratoribus, non videtur Servus Dei exemplaribus modis habitualiter sese gessisse.*

Ait *Rev. R. Peters* (t. 4^{us}), viceparochus ann. 1908-1915:

« Sapeva scegliere le persone adatte per aiutarlo, sebbene io fossi del parere che nella amministrazione della chiesa alle volte *imponeva troppo la sua volontà* » (p. 73, ad 109).

Et *Rev. H. Hofstolt* (t. 60^{us}), viceparochus ann. 1915-1922:

« Il Servo di Dio era un antialcoolista convinto, ma anche un po' esagerato, e perfino un pochino invadente. Gli astemi godevano le sue preferenze... Talvolta era *invadente*; ma questo lo era anche in altre cose » (p. 475, ad 32).

D.na Alida Maria Reith (t. 58^{us}) haec refert:

« Richiedeva continuamente la opinione dei suoi parrocchiani... Spesso un po' scherzosamente si diceva: ‘Sì, sì, lui domanda, ma poi fa come gli pare. Egli domanda e ridomanda, finché non trova uno che la pensa come lui’... » (p. 453, ad 77; cf. p. 504, ad 87).

Item *Petrus F. Reith*, t. 62^{us}: « Egli chiedeva abbastanza spesso consiglio, ma un po' *in questo senso*: ‘Vorrei un po' sapere cosa ne pensi tu; non che io abbia l'intenzione di tenerne conto, che i miei progetti sono già fatti' » (p. 503, ad 77).

Nominatim caritatis defectus erga *Rev.dum Markus* — quem

an. 1924 petiit et obtinuit alterum viceparochum in Maarssen — haud semel advertitur. Ad rem, refert *Rev. Nicolaus van Dieden*, item *Servi Dei viceparochus* (t. 7^{us}):

« Nel 1924 il Servo di Dio aveva chiesto un secondo viceparroco e fu nominato Markus... Dopo qualche tempo il Servo di Dio voleva promuovere il viceparroco Markus a segretario dell'Opera di Carità. Ma già alla prima riunione nacque un *litigio terribile tra loro due*, perché il viceparroco era solidale coi membri dell'Opera di Carità, i quali erano contro il parroco per un caso speciale. Il Servo di Dio venne a confidarmi il proprio affanno. Allora io gli feci osservare l'*imprudenza del suo modo di agire*. Gli dissi che probabilmente da ambo le parti erano state proferite parole dure; dopo di che il parroco andò immediatamente dal viceparroco per chiedergli perdono. Ma ciò non ebbe alcun effetto, e *il parroco non lo volle più tenere come viceparroco...* » (Summ., p. 121, § 403).

Idem testis *van Dieden* refert molestum dissidium aliquando exortum inter Alfonsum Ariëns et praedictum *Sac. Markus*, cum ageretur de subsidiis dandis (prouti *Servus Dei* intendebat, aliis opponentibus), vel *non*, cuidam catholicae mulieri « non praticante »: dissidium tale fuit, quod unus et alter acriter inter se litigarent atque se impeterent. Re quidem vera, *ait testis*:

« La sera della famosa riunione il viceparroco Markus venne da me tutto sconvolto...: era tutto sconcertato, e lo lasciai parlare un poco perché non era trattabile. Poco tempo dopo la riunione venne da me il *parroco Ariëns*. Anche egli *sconvolto*, mi disse: ‘Ciò che mi è accaduto oggi non mi è mai capitato in tutta la mia vita. Se mi fossi trovato dinanzi alla Corte come imputato, il procuratore generale non avrebbe potuto scagliare contro di me accuse più gravi di quelle che mi ha fatto Markus, e ciò in presenza dei membri dell'*Opera di Carità*. Io me lo spiegavo in qualche modo, vista la natura furiosa e impetuosa di Markus. - *Il parroco Ariëns aggiunse*: ‘E’ egli normale? Tu non vuoi riconoscerlo, ma non è normale’. - *Dissi*: E’ normale, e Lei è *ingiusto* nel dire che non è normale... » (p. 122, § 406).

Ipse *Servus Dei* non omisit deinde *veniam* a suo viceparocco *Markus* implorare. Ad rem, addit testis *van Dieden*:

« Secondo il mio giudizio, *Ariëns mancò molto di tatto, devo ammetterlo* ». - Eum quidem excusat, « conoscendo i suoi motivi che lo

indussero ad agire così... » (p. 123, § 407). Addit tamen, specificae Iudicium quaestioni respondens, id non semel evenisse in Servi Dei agendi ratione: « ... ma succedeva, quando per zelo *agiva senza tatto* » (Ibid.).

Et concludit testis: « *Ariëns e Markus non andavano bene insieme* ». Re quidem vera, viceparochus « era venuto nel settembre 1924, e partì nel marzo 1925 » (p. 123, § 407).

Laudandus quidem zelus Servi Dei, laudanda quoque humilitas in petenda venia post commissos excessus: *nihilominus cooperatores suos, eiusmodi praecipite agendi modo, facile offendebat, cum pacis et caritatis detrimento.*

30. — *De virtute Prudentiae.* - Valde laudandus Alfonsus Ariëns in multis promovendis operibus in opificum utilitatem atque in subveniendis pauperum et indigentium necessitatibus. Verum non semper apparet cum caritatis zelo virtutem *prudentiae*, quae ceterarum moderatrix est, iuncto pede incessisse. Et quidem prudentiae defecuti plerumque tribuuntur *infelices exitus* plurium ab eo incoeporum, necnon difficultates cum Archiepiscopo habitae, ut infra dicemus (v. nn. 47 et 49-51).

Rev.dus N. van Dieden (t. 7^{us}), quem superius citavimus, generaliter de Servo Dei affirmat:

« Possedeva in alta misura la virtù cristiana della prudenza: il che non toglie che talvolta il suo zelo pastorale lo lasciasse con troppo impeto in certe imprese » (*Summ.*, p. 124, ad 75).

Apertius *Rev. Ioannes Beutener* (t. 2^{us}):

« Si lasciava guidare più dalla voce del cuore che dalla prudenza » (p. 14, ad 73).

Similiter eiusdem frater, *d.nus Ioannes Beutener* (t. 22^{us}): « Agli occhi di parecchie persone il Servo di Dio era più buono che prudente » (p. 241, ad 73); et *Alida Maria Reith* (t. 58^{us}): « Umanamente parlando, non era sempre prudente » (p. 453, ad 75); etc.

Et quidem haud pauca a testibus referuntur, in quibus non videntur Servus Dei iuxta prudentiae regulas sese gessisse. *Praecipua adnotare debeo.*

31. — a) *De designatione d.ni Suring in directorem scholae catholicae*, dum ille aliis detentus laboribus, non poterat suo muneri diligenter attendere. Ad rem *d.nus E. Sluyters* (t. 66^{us}, 7^{us} ex officio):

« Senza il minimo dubbio il Servo di Dio si interessava e prendeva cura della scuola. Mi domandavo però talvolta, se egli mettesse in pratica in modo giusto questo suo interesse... Suggerii al parroco che la nomina di *Suring* sarebbe tornata a detrimento dell'insegnamento. La mia osservazione fu di poco valore... Quando, dopo terminato il servizio di *Suring*, fui nominato direttore, il Servo di Dio riconobbe lealmente che avevo visto bene in quel tempo » (*Summ.*, p. 526: - concordat t. 42^{us}, dicens: « durante i 10 anni che fu direttore, la scuola andò in declino » (p. 485, ad 14).

Ceterum, uti refert idem testis *Sluyters*, relationes inter utrumque, nempe Servum Dei et praefatum scholae moderatorem, non fuerunt optimae (cf. p. 527); et t. 42^{us}, *Petrus Reith*: « vi furono talvolta dei conflitti tra il parroco e *Suring* » (p. 495, ad 14).

32. — b) *De agendi ratione in operibus socialibus*. - Laudatur item *Servus Dei* quod — uti *prof. L. Rogier* (t. 89^{us}) memorat — « è stato il primo in Olanda a concepire per questo Paese l'idea dell'*organizzazione operaia cattolica* come organizzazione senza scopi puramente religiosi, e a darvi precisa forma » (p. 564, § 1531).

Verum, uti advertit *prof. G. Brom* (t. 3^{us}), eius biographus,

« siccome era pioniere, e tutte queste cose erano esperimenti, è probabile che *abbia sbagliato qualche volta*. Il suo agire ha certamente provocato *opposizione*. Il suo parroco (cuius *Servus Dei* era coadiutor primis annis, in Enschede) non ci capiva niente » (p. 21, ad 7).

33. — c) *De Foederatione « Unitas »*. - An. 1895, dum esset vice-parochus in Enschede, *Alfonsus Ariëns* foederationem operariorum condidit, cui nomen *Unitas*, ex duabus associationibus protestanti-bus et tertia catholica coalescentem, cum intentione nempe « di formare un blocco solido accanto all'organizzazione socialista ». Et initio quidem « le tre associazioni restavano autonome » (*Summ.*, p. 395).

Paulatim tamen, *subdit idem testis*, « l'*Unitas* divenne un'organizzazione sindacale interconfessionale » (*Ibid.*, § 1153). Quod qui-

dem *Episcopi minime probarunt*, atque participationem catholicis prohibuerunt.

Ideo Ultraiectensis Archiepiscopus Exc.mus H. Van de Wetering, an. 1901, opportunum duxit Servum Dei removere *ab urbe Enschede*, in qua viceparochi officio ab an. 1886 fungebatur et socialia opera dirigebat, curam animarum cum officio parochi eidem assignans in oppido *Steenderen*, in quo consociationes operariorum non erant.

Servus Dei prompte Ordinarii mandatis paruit, eiusque obedientiam, etsi gravosam, omnes testes dilaudant (cf. *Summ.*, pp. 28, §§ 395-397; 411 s.; 429; 565; etc.). Verum multae *dissensiones atque agitationes* inter ipsos catholicos exinde oriebantur.

Ad rem *d.nus Lambertus Bruggeman* (t. 32^{us}) narrat:

« I suoi amici e gli operai consideravano il suo trasferimento da Enschede come una punizione, come una degradazione. Ricordo per es. che il signor Engels, più tardi deputato, era molto stizzito a causa di quella nomina. Anche uomini tranquilli e calmi, come il Dott. Sloet (sacerdos), che abitava vicino a noi, trovavano quella nomina abbastanza strana » (p. 338, ad 9).

Et *doct. G. Brom* (t. 3^{us}): « L'Arcivescovo di Utrecht cominciò a diffidare di lui; e il fatto che *fu ritenuto responsabile* per quello che accadeva ad Enschede dopo la sua partenza, divenne una tragedia continua... » (p. 27, ad 28).

Opportunum sane erit *integrām quaestōnēm* clare et ordinate ad obiectivam factorum veritatem exponere, quae in praesenti solummodo ex fragmentariis allusionibus in testium depositionibus adumbratur. Oportet praesertim *agendi rationēm Servi Dei*, eiusque relationes cum Episcopis in ea controversia enucleate referre, ut ab imprudentiae nota, quae eidem impingebarunt, si id fieri possit, purgetur.

34. — d) *De praecipiti quadam decisione in dedecus sacramenti Poenitentiae.* - Gravis imprudentiae redarguitur Servus Dei, ob incautam iniunctionem uni ex suis viceparochis factam, Ordinario nempe Archiepiscopo *denuntiandi sacerdotem* de crimine quod ille ex confessione alterius personae cognoverat.

Rev. Nicolaus van Dieden (t. 7^{us}), in casu protagonista, sic depositum:

« Un giorno appresi da una ragazza di circa 18 anni che un vice-

parroco dei dintorni aveva commesso azioni di libidine con lei e con altre ragazze. *Ella mi aveva raccontato questo in confessione*, ed io, giovane viceparroco, le chiesi il permesso di parlarne con il parroco, perché questi aveva influsso ed era stimato. La ragazza mi dette il permesso, e anche *il nome del viceparroco* ».

« Ne parlai al Servo di Dio, e questi mi pose davanti al dilemma: rivolgermi io stesso all'Arcivescovo, oppure lo avrebbe fatto lui » (*Summ.*, p. 131 s., § 432).

« Io non lo volevo fare — *pergit testis* — ma quando il Servo di Dio si mostrò irremovibile, io gli dissi che allora sarei andato dal Vicario Generale Mons. De Wit. Mi recai dal Vicario ed esposi i fatti. Il Vicario voleva rifletterci su, e si allontanò per poco a questo scopo. Dopo un bel poco tornò con l'Arcivescovo Mons. Van Wetering. Dovetti ripetere il mio racconto e ricevetti l'incarico dall'Arcivescovo di indagare a fondo sulla questione per vedere sino a qual punto arrivasse. — *Post paucos vero dies* — quel vice parroco si presentò nella mia camera tutto costernato e disse: ‘*Ho sentito che sei andato a denunciarmi all'Arcivescovo*’. - Allora gli raccontai precisamente come si erano svolti i fatti, gli dissi che avrebbe fatto bene a parlarne con il parroco (nempe *cum Ariëns*), che era in camera sua. Seguì il mio consiglio e disse al parroco: ‘Lei mi ha rovinato la carriera: ora sarò trasferito in qualche posticino fuori mano!’. - *Al che il Servo di Dio rispose*: ‘Allora le persone di questi luoghi non hanno un'anima? Bisogna aver cura anche di loro! Sii contento, e così potrai fare del bene’. - Il cappellano tornò di nuovo da me, per dirmi che non era riuscito ad ottenere niente dal parroco ».

Prosequitur autem et concludit testis: « Appresi che la ragazza aveva esagerato un po' le cose e che, in fin dei conti, a vere azioni di libidine il viceparroco non era giunto. Allora chiesi alla ragazza di recarsi da Mons. De Wit e di esporre secondo verità quanto era successo, cosa che essa fece. Il viceparroco non fu trasferito e fece una carriera brillante » (p. 132, § 433).

35. — His relatis ex sacerdotis testis depositione, nemo non videt in molestissimo illo episodio (in quo procul dubio *non unus tantum* reprehensibilis fuit, incipiendo ab ipso imprudente confessario!), parochum Alfonsum Ariëns, ob praecipitem agendi rationem in tam gravi ac delicata quaestione quae secretum quoque confessionale attingebat, tum *contra prudentiam* tum *contra caritatem* — si vera sunt exposita — defecisse. Et quidem:

1) *Contra prudentiam*, cum confessario (suo cappellano) incaute iniunxerit denuntiationem Ordinario faciendam sacerdotis ob crimen ex sacramentali confessione alterius personae ab eo cognitum, cum attentata etiam (quantumvis in bona fide, ut videtur) violatione secreti cum ipsa confessione stricte connexi. Iusta enim ac recta responsio (ut alias considerationes omittamus), haec plus minusve esse debuisse: confessarius paenitentem moneat ut ipsa quatenus fieri possit (attenta etiam eius aetate ac condicione) rem Ordinario denuntiet; quod si illa renuerit, confessarius, obtenta permissione, videat pro sua prudentia, atque servatis servandis, quomodo rem Ordinario deferat;

2) *Contra caritatem*, cum viceparochum illum ipsi bene notum, quin de exacta criminis natura ac gravitate certus omnino esset, Ordinario denunciari iusserit, imo et pro eiusdem remotione, ut videtur, institerit. De facto, prouti epilogus fuit, illius culpa, rebus ab ipso confessario melius exploratis, non adeo gravis et irreparabilis (sub externis saltem respectibus) visa est, quae illius sacerdotis remotionem ac translationem necessario postularet.

36. — e) *De inexperientia in rebus oeconomicis*. - Iam in art. 58º Postulatoris expresse admittitur: « Il Servo di Dio non era affatto un uomo d'affari. Infatti più di una sua iniziativa di carattere economico finì in un fiasco finanziario » (Copia publ., p. 58/2).

Quod a pluribus confirmatur testibus; imo a quibusdam de imprudentia aperte insinuatur aut etiam de « fide temeraria », quamvis de bona rectaque eius intentione nemo dubitet.

Ait *d.nus F. Smithuyzen* (t. 32^{us}), in rebus pecuniariis peritus:

« Il Servo di Dio aveva una grande fede nella Provvidenza divina. Talvolta, nell'intraprendere certe cose, aveva una *fede temeraria*. A mio parere, era veramente un santo; *non era però versato in tali imprese terrestri*. Il suo grande amore per i lavoratori di Haaksbergen, la sua fiducia nell'opera di Leutesdorf *lo fecero forse passare i limiti su questo punto* » (p. 329, ad 58): vide huius testis depositionem, et quoad *quaestionem de Leutesdorf*, v. *infra*, nn. 38-39).

Teste *Lamberto Bruggeman* (t. 33^{us}), *Servus Dei* « non sapeva parlare di faccende finanziarie », non obstantibus incoepitis oeconomicis, in quibus se implicaverat (p. 347, ad 53):

« ... per l'affare di Haaksbergen: anche lì aveva molti consiglieri. Nonostante questo fece fiasco, perché, in fondo, non vi era nessuna direzione, i lavoratori erano padroni di se stessi, e questo non era ancora possibile in quei tempi » (p. 347, ad 58).

Consiliariis in re oeconomica non expertis usum esse Servum Dei (ex. gr. sacerdote Sloet: cf. p. 342, post medium), *refert idem testis:*

« Notavo che, quando aveva delle difficoltà, il Servo di Dio si rivolgeva al Dott. Sloet e, dopo aver parlato un poco con lui, si sentiva alleggerito. Altre volte il Dott. Sloet e il Servo di Dio venivano insieme da mio padre, e allora avevano dei colloqui tutti e tre... Nessuno dei tre sapeva parlare di faccende finanziarie... » (p. 347, ad 53).

Exc.mus Smit (t. 34^{us}), dum recolit quod alii « si beffavano di lui », et « trovavano che non era sempre equilibrato, e talvolta agiva sconsideratamente » (p. 355, ad 26), ipse sic iudicat:

« Non credo che prevedesse sempre chiaramente le conseguenze finanziarie e materiali delle sue attività. E trovo un difetto da parte sua il non chiedere sufficientemente consiglio in quelle faccende, benché io non dubiti delle sue buonissime intenzioni » (p. 558, ad 58).

Et « Ammetto che gli aspetti finanziari non sono mai stati decisivi nella sua vita, e che la sua disposizione soprannaturale lo spingeva a quelle imprese... Agiva sconsideratamente alle volte, ma mai ignobilmente » (p. 359, ad 74 et 75).

Et *d.nus I. G. Beutener* (t. 22^{us}) adiungit:

« Il Servo di Dio era tutt'altro che uomo d'affari. Quando pensava di dover lenire delle indigenze, esigeva che si aiutasse subito, e non badava al lato economico. Il bisogno doveva essere sollevato; diceva sempre: ‘Bisogna aiutare, bisogna aiutare’ » (p. 236, ad 58; cf. t. 54^{us}, « gli affari non furono mai il suo forte », p. 420, ad 66; - t. 58^{us}, p. 450, ad 58; - t. 28^{us}, « non era un buon amministratore », p. 295, ad 97; etc.).

Ipse Servus Dei, uti refert t. 7^{us}, *Rev. van Dieden*, etsi magna in Deum fiducia duceretur, *praevidebat res*, ob suam inexperientiam in rebus oeconomicis, *ad felicem exitum pervenire non posse*:

« Parlando ancora una volta di Haaksbergen (il Servo di Dio), disse: ‘Quegli operai rimasero sul lastriko, allora io dovetti fare qualcosa. Ero idealista, ma non avevo la esperienza del commercio. Il direttore tecnico era un idealista ancora più grande: la faccenda dove-

va andar male'. - Il Servo di Dio si affidava alla Divina Provvidenza: in ciò si lasciava influenzare dallo spirito del Cottolengo » (p. 116, ad 58).

37. — f) *Nominatim de « fallimento » opificii d. « Concordia », in Haaksbergen.* - Res satis clamorosa fuit et fons multarum anxiatum pro Servo Dei, infelix nempe exitus illius « impresa economica », quae fuit « la fabbrica di Haaksbergen »: quam ipse an. 1894, dum esset viceparochus in Enschede, in favorem opificum sine labore fundavit, cuius directionem oeconomicam ipse suscepit.

Testis 41^{us}, *Hendricus B. Van Sark*, res sic enarrat:

« ... Il Servo di Dio fondò una piccola fabbrica nell'edificio delle adunanze dell'associazione operaia, di cui era Assistente ecclesiastico. Il primo direttore di quella piccola fabbrica « De Endracht » (*Concordia*) fu il Sig. Ten Hagen, un brav'uomo, il quale conosceva molto bene il suo mestiere, *ma non possedeva* le qualità di un direttore tecnico. Inoltre quella piccola cooperativa doveva reggere contro il grande capitale di Twente. I magnati delle industrie tessili temevano la costituzione di altre cooperative, se quell'esperimento fosse riuscito: perciò si cospirò per schiacciare quella piccola impresa ».

« Quelle due cause — *pergit testis* — ridussero 'De Endracht' alla rovina: mi pare che la prima ne fu la principale. Al Sig. Ten Hagen successe il Sig. Haseland come direttore; poi Paul Schreers dell'Aja: quando quest'ultimo per ragioni familiari fu richiamato a casa da suo padre, 'De Endracht' ricevette il colpo finale » (pp. 401 s., §§ 116 s.; cf. t. 42^{us}, p. 403, §§ 1171 s.).

Non omnino eodem modo res refert *d.nus G. Brom* (t. 3^{us} et biographus):

« ... Ariëns in quei tempi si servì di un mezzo raccomandato da Mons. von Ketteler. Mons. Schaepman, membro della camera dei deputati, e altri erano d'accordo con lui in questa impresa. Vi era naturalmente un rischio... La responsabilità negli affari era affidata a degli eminenti laici. Il *fallimento* dipese dal fatto che nella grande fabbrica di Iordaan erano stati licenziati 40 operai dei meno abili, e precisamente per questi ultimi si era fondata la cooperativa » (p. 41, § 138).

Ipse testis videtur tribuere causam mali exitus opificii *ipsis operariis*, qui dimissi antea erant ab opificio Jordaan utpote *minus habili*.

biles. Quod si verum esset, imprudentiam denotaret Servi Dei, in fundando novo opificio cum operariis minus idoneis.

Alii testes et ipse Servus Dei (cf. p. 116, ad 58), causam infelicitis exitus potius tribuunt incapacitati dirigentium laicorum. Fere omnes tamen illum excusant ob pernotam eius intentionem caritatis (cf. t. 8^{us}, p. 141, ad 58).

38. — g) *De iactura oeconomica post exstructam Exercitiorum domum in Leutesdorf.* - Constat Servum Dei Alfonsum Ariëns ultimis vitae anni (circa an. 1922), cum esset parochus in Maarssen, sollicitas impendisse curas circa domum *Exercitiorum apud Leutesdorf* in Germania, cuius aedes, mutuata pecunia a variis personis, perfecit. Mox vero, adveniente « la grande inflazione », pecunia illa magna ex parte deperdita fuit: quod quidem infortunium — legimus in Art. 52 — « procurò al Servo di Dio molte preoccupazioni, perché si trattava per lo più di denaro preso in prestito » (cf. *Copia publ.*, p. 56; cf. t. 23^{us}, p. 249, ad 52).

Accedit quod collecta pecunia consignata fuerat rectori eiusdem domus Exercitiorum *d.no Haw*, qui « abusava della bontà del Servo di Dio, perché gli scriveva ripetutamente delle lettere per chiedergli urgente aiuto » (t. 7^{us}, p. 114, § 52).

Ad rem, neptis ipsius S. D., *Clara Fischer* (t. 29^{us}): « Pare che il rettore di Leutesdorf, Haw, non abbia impiegato immediatamente quel denaro, quindi il debito non poteva essere più pagato » (p. 300, ad 52).

Et *Rev. Antonius Uyttewaal* (t. 6^{us}), qui erat viceparochus an. 1922, narrat: « Nel mio tempo di viceparroco accadde *l'infelice storia della casa di Ritiri* di Leutesdorf, in Germania. Incontrai il rettore della casa suddetta al presbiterio di Maarssen. Il contatto con questa casa ebbe origine nel settore della lotta contro l'alcool, perché in quella casa si prestava una cura speciale a quelli che eccedevano nel bere. Fu allora che il Servo di Dio fece valutare perfino i mobili, ricevuti in dono dagli operai di Enschede in occasione della sua nomina a parroco a Steenderen. Voleva pignorare anche questi » (p. 90, ad 52).

Item *Rev. W. De Jong* (t. 35^{us}): « Quanto a Leutesdorf, è un'altra prova che si lasciava prendere per tutti gli scopi buoni. Non si sarebbe davvero avventurato a quella impresa... se fosse stato dotato di un senso un po' più pratico » (p. 368, ad 75).

Et *Rev. Leo Feldbrugge* (t. 59^{us}, 1^{us} *ex officio*): « Egli non era un

uomo di affari e non pensava alle conseguenze economiche della sua attività, e non se ne rendeva conto nemmeno... Per esempio, a proposito di Leutesdorf... » (pp. 464 s., ad 58).

39. — Testes subinde Servum Dei Alfonsum incusant saltem de *imprudentia* et *impraevidentia*, quod *ingentes pecuniae summas* a variis personis et familiis mutuaverit pro negotio communis quidem utilitatis sed periculis non vacuo; et praeterea, quod collectam pecuniam in manus *inepti nec plena fide digni administratoris* commiserit.

Nec Servus Dei deinde valuisse, gravi superveniente inflatione, mutuantibus pecuniam restituere, nisi praesto fuisset societas v. d. « *Sobrietas* » quae, haud levibus sacrificiis et industriis, integrum debitum pro eo tandem extinxit et creditoribus satisfecit (t. 29^{us}, p. 302, ad 52; t. 58^{us}, p. 448, item ad 52; etc.).

Nemo tamen, quantum ex Actis videre est, de recta intentione Servi Dei ac de bono fine ab intento in ea operatione umquam serio dubitavit. Opportunum autem erit totam illius episodii historiam *succincte et ordinate exponere*, ut et de bona fide Servi Dei nulla superesse possit dubietas et *imprudentiae nota* ab eius operandi ratione arceatur.

40. — h) Praeter quandam vix negandam *imprudentiae* notam, quod nempe Servus Dei, quantumvis optima intentione imo et motivo caritatis ductus, negotium illud periculis plenum sine clara impellarum rerum perceptione nec aptiorum mediorum selectione, imo et cum quadam infelicitis exitus praevisione, aggressus sit: *quaeri etiam potest* num idem Servus Dei *leges ecclesiasticas*, etiam tunc vigentes, adamussim servaverit, *quae nempe clericis vetant opera exercere* quae statui clericali aliena sunt, in specie *gestionem bonorum* ad laicos pertinentium aut officia saecularia quae onus reddendarum rationum secumferant, maxime autem exercitium negotiationis seu mercaturaee sive in propriam sive in aliorum utilitatem (cf. cann. 139, 145, etc. cum legibus canoniciis praecedentibus). Quamvis enim « la responsabilità negli affari era affidata a degli elementi laici », uti contendit *testis Brom* (p. 41, ad 58), nihilominus videtur ipse sacerdos Ariëns *gestionem oeconomicam*, altiorem saltem, praefati opificii sibi servasse ac personaliter exercuisse. Ipse enim, nedum *fundavit*

officinam, sed et machinas *emit*, mercem productam *vendebat, dimittebat* operarios, etc.; dein ipse *solvere* debuit debita (cf. t. 42^{us}, I. Wilens, p. 403, § 1171).

Idem dicendum de illa mensa nummaria (*Cassa di Risparmio*) quam Servus Dei, an. 1892 in operariorum commodum, fundasse refertur; de qua loquitur, ex. gr., t. 63^{us} (5^{us} *ex officio*), *Theodorus Koop* (cf. Summ., p. 510; v. *infra*, n. 43).

Explicandum sane venit utrum et qua ratione Alfonsus Ariëns sacerdos praedictam mensam (cui titulus « Providentia ») fundaverit eiusque administrationis particeps fuerit, cum lex canonica clericis interdiceret negotia saecularia et negotiationes pecuniae etsi in commodum aliorum, item gestionem bonorum ad laicos pertinentium.

Eadem quaestio venit quoad emptionem, constructionem et gestionem domus operariorum « *Tivoli* » nuncupatae, prouti narratur a teste 40°, *Bernardo Hermelink* (cf. pp. 398 s., §§ 1161 et 1163; etc.).

41. — *De virtute Iustitiae*. - Alfonsum Ariëns virtutem iustitiae, utpote cum amore Dei et proximi stricte connexam, assidue excoluisset testes passim affirmant, quorum dicta Patronus reassumit (cf. *Inform.*, pp. 91-97), asserens Servum Dei hanc virtutem « in sommo grado » possedit (p. 91, n. 57).

Verum quaedam exstant in Actis, quae iustitiae perfectionem non satis commendare videntur, *variique inducuntur casus, qui opportuna delucidatione indigent*.

42. — a) *De quaestuatione et restitutione pecuniae*. - Testes *spiritum paupertatis* Servi Dei communiter laudant, quod nempe alienus fuerit a possidendis divitiis personalibus aut pecuniis in suum commodum expendendis. Saepius quidem pecuniam a clientibus vel etiam a familiaribus quaeritabat, eam tamen in proficuis operibus atque ad aliorum utilitatem, praesertim ad catholicos opifices sustinendos atque in sua prosequenda actione contra « *alcoholismum* », impendebat.

Exc.mus Smit: « Gli piaceva il denaro, ma soltanto per poter fare del bene » (Summ., p. 358, ad 56). - Et *Rev. Peters*, viceparochus ann. 1908-1915: « Si diceva di lui: ‘Ha le mani bucate’: chiedeva denaro per darlo via » (p. 66, ad 58; - cf. t. 61^{us}, p. 490, ad 68 et 84; t. 22^{us}:

« conosceva la potenza del denaro, ma non vi era attaccato, e non lo usava per se stesso »: p. 303, § 916).

Nihilominus videtur Servus Dei in quaeritanda pecunia, modis mediisque importunis aut minus discretis saepius usus esse.

Ad rem, refert eius neptis *Sor. Christina Fischer* (t. 22^{us}) quod, cum non posset pecuniam in *Leutesdorf* deperditam (v. supra, nn. 38-39) restituere, *Claram neptem reprehendit* eo quod ista mutuatae pecuniae restitutionem, pro familiae necessitatibus, postulasset: procul dubio S. D. ab ea exspectaverat donationem puram et simplicem. *Narrat testis:*

« Quando andai a dare l'addio allo zio Fons perché partivo per le missioni, egli mi disse che gli rincresceva molto che l'amicizia fra lui e Chiara era diminuita, perché ella gli aveva chiesto la restituzione della somma prestata. Chiara prendeva cura di tutti noi, perché nessuno era ancora sposato e perché si doveva provvedere al futuro di tutti noi... Io credo che lo zio Alfonso aveva più o meno contatto su un bel gesto da parte di Chiara, dandogli quella somma in regalo... » (p. 249, ad 52; p. 255, *ex officio*).

Et ipsa *Clara* mox citata (t. 22^{us}), haec alia refert:

« Lo zio Luigi, uomo santo e virtuoso, sentì una volta lo zio Alfonso, suo fratello, fare una critica a un parente che non voleva dargli denaro per una certa opera. Lo zio Luigi disse: ‘Non devi essere così veemente se la gente non dà nulla per una cosa che tu credi necessaria’. Lo zio Luigi si accorse che da allora zio Alfonso tralasciava tali critiche » (p. 302, § 916).

43. — *Importunum quoque quaeritandi modum*, eius nepos *Willemus Ariëns* (t. 26^{us}) sic refert:

« Da mia cugina, Maria Goossens, ho sentito dire che lo zio Fons andava di quando in quando da un cugino suo, cugino anche di lei, Alberto Fischer, per chiedergli dei soldi. Alberto gli offriva un biglietto di 25 fiorini; lo zio Alfonso lo rifiutava, fino a che riceveva una somma notevolmente più alta » (p. 276, ad 56).

Et *d.nus Theodorus Koop* (t. 63^{us}, 3^{us} *ex officio*) refert pecunias pro beneficentiae opere mutuo acceptas *saepius restitutas non fuisse*:

« Nel 1892 il viceparroco Ariëns fondò la Cassa di Risparmio ‘Provvidenza’. Per questo egli fece appello a mio padre (qui erat the-

saurarius); alle volte famiglie operaie si trovavano in difficoltà finanziarie. Allora il viceparroco pregava mio padre di aiutare quella povera gente, prestando loro denaro della Cassa di Risparmio. *Questo denaro non era mai restituito.* Una volta mio padre disse al cappellano: ‘Lei può dare il suo denaro e quello raccolto dalle elemosine a quegli operai, ma non ciò che appartiene ai lavoratori risparmiatori’. Dopo poco tempo mio padre disse: ‘*O si liquida la Cassa, o Lei si ritira*’. Allora il viceparroco si ritirò dalla Cassa » (pp. 510-511).

Nec omnino laudabilia sonant haec, quae a Rev. Hofslot (t. 60°, 2° ex officio), ann. 1915-1922 in Maarssen, de Servo Dei proferuntur:

« Egli esortava gli altri, e anche noi viceparroci, a contribuire per esempio per la sede sociale di Concordia; *ma lui stesso non vi contribuiva.* Se in quei momenti non disponeva di denaro, non lo so; ma comunque godeva un discreto stipendio. *Questo ci dava l'impressione un po' strana* » (p. 478, ad 58).

44. — b) *De agendi ratione S. D. erga viduam d.ni Schilling scholae directoris.* - Est delicata quaestio, quae nendum iustitiae sed et caritatis officia attingit, nec tamen ex Actis clara ac perspicua undequaque est, adeoque aliquam perplexitatem in animo gignit. Quaeritur an Servus Dei in dimittenda, post obitum d.ni Schilling, eius vidua copiosa prole gravata, iustitiae caritatisve normas servaverit. Habetur, hac de re, depositio d.ni Theodori Koop (t. 53ⁱ), quae Servi Dei rectitudinem non omnino commendare videtur. Ipse testis quae refert, dicit a patre — qui in scholae directione defuncto d.no Schilling proxime successit (cf. p. 509, § 1401) — se audivisse.

Praemittit testis: « Attesto, perché sono stato invitato a farlo... Questo invito è stato causato da un avviso da parte mia: cioè desideravo che si rendessero note *anche delle cose meno buone* del parroco Ariëns... Qualche tempo fa avevo chiesto una intervista al Postulatore, e sono stato invitato anche in seguito a questa domanda » (Summ., p. 509, § 1402).

Subinde pergit testis enarrare: « ... Mio padre ha raccontato spesse volte *ciò che segue.* In quel tempo il signor Schilling era direttore della scuola. Questi lavorava molto per il dottor Ariëns; fino a sera avanzata e nelle prime ore della notte. Egli si ammalò di tisi e morì di quella malattia. Si diceva allora: ‘*Quell'uomo si è ammazzato a forza di lavorare per Ariëns*’. Mio padre successe al signor Schilling come direttore della scuola. Un giorno il dottor Ariëns disse a mio padre:

'Cerchiamo di far partire decentemente la vedova Schilling coi suoi figli (otto circa) altrove; altrimenti diverrà un grave carico finanziario per la nostra parrocchia'. Trovando assai strana questa idea del cappellano, mio padre non voleva in nessun modo cooperare alla realizzazione di quel progetto, e glielo disse senza tanti preamboli » (pp. 509 s., §§ 1401 et 1403).

Non constat autem quod Servus Dei propositum illud (dimittendi viduam « decentemente ») — quod ipsius testis patri admirationi et scandalo fuerat — exsecutus sit, nec plane constat quid significaret illud « decentemente ». Nec testis valuit ulterioribus Tribunalis interrogationibus, hac de re, pressius respondere (cf. *Ibid.*, p. 510).

45. — *Iudices* autem (cf. *Copia publ.*, p. 5/1, in fine) *haec de teste adnotarunt*, eum redarguentes de « spiritu contradictionis » et animo « praeiudiciis imbuto »:

« Testis Theodorus Koop est specialiter inductus propter deficien-
tiam Servi Dei circa curam pro vidua Schilling adhibitam. Iudicium
testis *non est omni exceptione maius*. Est homo qui spiritu contradic-
tionis ducitur et praeiudiciis imbuitur, uti clarissime patet *ex inter-
rogatione dominae Boerma-Schilling* ».

Equidem post multas peractas investigationes Postulator nomen et domicilium filiae *praedicti d.ni Schilling*, scil. *Mariae C. Petronel-
lae Boerma-Schilling* tandem cognovit. Quapropter Rev.mi *Iudices*,
quamvis Processui finis impositus esset et Actorum collatio peracta,
opportunum duxerunt, annuente Fidei Promotore, *praedictam mu-
lierem interrogare « tamquam contestem », in ordine ad depositio-
nem *praedicti testis Theodori Koop* (cf. *Summ.*, p. 574, § 1550), quoad
conditionem familiae Schilling.*

Ipsa d.na Boerma-Schilling (t. 93^{us} et ultimus), quae patre orba-
ta fuit cum esset aetate 5 annorum, asseruit in primis matrem (tunc
26 ann.) cum filiolis se transtulisse in urbem Amsterdam sex circ.
hebdomadas post obitum mariti. Subinde plures exposuit circum-
stantias, quibus appareret Servum Dei *iusta officia erga viduam eius-
que prolem non neglexisse*. Inter alia, haec refert:

« Dal 1908 al 1914 abitavo a Maarssen, dove il parroco Ariëns fu
il mio padre spirituale... Non ho mai udito da mia madre alcuna criti-
ca... riguardo al parroco Ariëns. Mia madre tornò ad Amsterdam di

propria iniziativa e molto volentieri. I miei parenti mi hanno riferito che, quando mia madre stava per partire da Enschede, il viceparroco Ariëns si offrì di prendere su di sé tutti gli obblighi della nostra educazione, se fosse stato necessario. Forse dipende da questo che sono stata circa sette anni al pensionato delle Suore Francescane... ».

Et pergit testis: « E' completamente inconcepibile che il parroco Ariëns avesse abbandonato qualcuno al suo destino. In breve, non posso immaginare che non avrebbe aiutato mia madre se fosse stato necessario. Mia madre non ha avuto mai preoccupazioni finanziarie, come ho già detto. Il parroco Ariëns ha avuto, dopo la nostra partenza, ancora contatto con mia madre » (*Summ.*, p. 575, §§ 1550 s.).

46. — Haec procul dubio positiva sunt quoad agendi modum Servi Dei. Etsi enim ab initio concepisset propositum dimittendi viudam Schilling (quantum deduci potest ex depositione testis Theodori Koop), nihilominus, correctionem a viro laico sibi factam aequo animo acceptans, mentem subinde mutavit, et iustitiae normas erga mulierem implevisse censendus est.

Quae quidem sufficere videntur ad purgandum Servum Dei ab adversa insinuatione. Nihilominus, si *ulteriores delucidationes* advenire possint, id profecto superfluum non erit in re tam gravi, ut nempe quaecumque umbra iniustitiae vel incuriae ex parte Servi Dei penitus depulsa manet.

47. — *De Servi Dei obedientia eiusque relationibus cum Episcopis.* - Plures testes referunt Servi Dei relationes cum suo Ordinario non semper bonas exstisse, ipsumque Archiepiscopum H. Van De Wetering eiusdem activitatibus socialibus et apostolicis non multum favisse aut propensum se ostendisse.

« Era comunemente noto — ait Rev. I. Beutener (t. 2^{us}) — che non vi era simpatia tra il Servo di Dio e l'Arcivescovo... » (*Summ.*, p. 15, ad 93; - cf. t. 23^{us}, p. 252, ad 93). Iosephus Van Schaik, circa activitates quibus Dei Servus parochus in Steenderen se impendebat, haec breviter adnotat:

« Ariëns non me ne parlò mai, né fece mai allusione a questo. Quello che so, lo ho dedotto dalle cose che, precisamente, mi diceva: da Mons. Van Wetering senza dubbio *gli era stato imposto di frenarsi...* » (p. 3, ad 9).

Ipse Servus Dei, etiamsi eius obedientia in exsequendis Archiepiscopi mandatis constans ac generosa fuerit, quantum refertur, debitam *reverentiam non semper servasse videtur*. Haud raro enim quibusdam verbis seu locutionibus usus est, quae iustum reverentiam et obsequium non satis exprimunt, aliisque admirationi fuerunt.

Rev. R. Peters (t. 4^{us}), viceparochus in Maarssen ann. 1908-1915, refert:

«Arrivò una decisione del Vescovo, che anticipava l'avviso della commissione vescovile la quale doveva studiare queste questioni dei sindacati. Allora il Servo di Dio si adirò, e disse: ‘Ci prendono per ragazzacci!’. Ma si rassegnò...» (p. 64, ad 29; cf. p. 66, ad 56).

Item *d.nus I. Gerardus Beutener* (t. 22^{us}): «Il Servo di Dio qualche volta si lasciava sfuggire: ‘Non è facile vivere sotto il dominio del Vescovo’» (p. 236, ad 62).

Et I. Van Schaik, quem nuper citavimus, addit: «Una volta ricevetti una lettera da Ariëns, nella quale mi diceva: ‘E’ colpa sua (scil. Archiepiscopi), se non mi sono recato alla riunione dell’associazione elettorale della parrocchia...» (p. 3, ad 9).

48. — Haec et alia testimonia satis ostendunt *difficultates* et *divergentias* sat notabiles, exstissee inter Archiepiscopum et Alfonsum Ariëns (quarum ipse Servus Dei conscius erat: cf. p. 514, § 1405), etsi Archiepiscopus bonam de eo opinionem plerumque habuisset, imo eius obedientiam, data occasione, laudaverit, uti refert *Ioannes H. Scholte op Reimer*, eiusdem secretarius («Ma lei è stato sempre un figlio ubbidientissimo della chiesa di Utrecht»: p. 514, § 1405).

Nec defuerunt eius benevolentiae signa: ut cum, an. 1919 eidem impetravit titulum «Camerarii pontificii» (cf. p. 514, § 1405; etc.).

Eam tamen Servi Dei obedientiam *Exc.mus Smit* (t. 34^{us}), *exemplarem* non dixerit: nam, ad Art. 93 se referens, adnotat:

«Il termine *esemplare* della prima linea mi pare un po’ esagerato. Lo stesso nella quinta linea, la formola: ‘mai nessuno dispiacere’ (quod nempe Servus Dei motivum alicuius ‘dispiacere’ suo Ordinario numquam dederit!). Pare che con le lezioni di inglese, di cui si parla nella 2^a linea, abbia avuto un poco l’intenzione di porre il Vescovo dinanzi al fatto compiuto» (p. 360, ad 3).

Agnoscendum utique est *intentiones et methodos* Alfonsi Ariëns, in variis eius incoepitis et actione in re sociali, non omnibus fuisse

limpidas ac perspicuas, stantibus etiam diversis opinamentis et « orientamentis » inter ipsos catholicos in Hollandia, clericis non exclusis.

Inter alia — idem testis et biographus *Brom* refert — « Ariëns era accusato di *interconfessionalismo nel movimento sindacalista*, una corrente condannata dai Vescovi. Questa accusa fu smentita dall'ufficio sindacalista stesso, perché senza fondamento. Da allora in poi l'attitudine dell'Arcivescovo verso Ariëns divenne migliore » (*Summ.*, p. 33, ad 44).

49. — *De quodam mulierum coetu, inscio Episcopo.* - Huc spectat quaestio sat implexa de intentata fundatione cuiusdam mulierum *consociationis* « più vasta di quella del movimento antialcoolista » (cf. *Summ.*, p. 33).

Uti edocemur ex testimonio *prof. Gerardi Brom* (t. 3ⁱ, biographi), *Servus Dei* « era presente alla riunione per la fondazione dell'organizzazione femminile, *all'insaputa dl suo Vescovo*. Ma i tempi non erano maturi per questo, né (vi era) una decisione del Vescovo su questo affare » (*Ibid.*, p. 33, § 113). Huiusmodi coetus, habitus fuit in aula *Hallo* in civitate Nijmegen, *inscio Episcopo*.

« Durante questa riunione — *pergit testis* — ci si domandava se si dovevano informare i Vescovi. *Ariëns disse che questo era necessario, ma che in quel momento i tempi non erano ancora maturi* » (p. 33, § 114).

Subinde duae mulieres quae coetui interfuerunt — scil. *d.na Freule van der Schurren* et *d.na Steenhoff-Smulders* — « si recarono dall'Arcivescovo e dal Vescovo di Haarlem, per riferire le esatte parole di Ariëns » (*Ibid.*).

Non refert testis quid post haec evenerit, sed satis innuit quod « *l'Arcivescovo diffidava alquanto di lui* », et « Ariëns fu certamente obbligato, durante un certo periodo, di rimanere fuori da questa organizzazione femminile » (p. 114; cf. t. 30^{us}, p. 313, § 939).

Scandalum exinde ortum est in Hollandia, quasi *Servus Dei* voluntati Episcoporum contraire voluisset aut aliquid moliri niteretur quod illis non esset acceptum.

Qualis equidem fuerit reactio Episcoporum, refert t. 89^{us}, *Ludovicus I. Rogier*:

« Tramite la sig.ra Wigman, Mons. Callier Vescovo di Haarlem apprese di quella riunione tenuta nella sala Hallo e del complotto d'un gruppetto di signore contro il Vescovo. Questo venne comunicato a Mons. Van de Wetering, Arcivescovo di Utrecht, il quale ricevendo in udienza la sig.ra Steenhoff-Smulders, la rimproverò per questo » (*Summ.*, pp. 567 s., § 1535).

50. — *Quaenam vero fuerit pars et responsabilitas*, quas Servus Dei in illo « coetu » habuerit, quid exacte dixerit et egerit, non omnino perspicue ex testimoniis depositionibus colligitur, uti videre est ex responsionibus ad Art. 45 (cf. *Summ.*, pp. 33 s., 248, 311, 359-363, 567, etc.).

Ipsum episodium in sua « factispecie » breviter adumbratur in Art. 45 (cf. *Copia publ.*, pp. 52 s.): eam testes in pluribus corrigunt, nec iidem concordes sunt in variis referendis adiunctis, etiam aliquius momenti, ad agendi rationem Servi Dei quod attinet.

Exstant hac de re *duae epistolae praedictae d.nae Ioannae Wigman*, quas Fidei Promotor produxit in sess. I, quaerens a prof. Gerardo Brom (t. 3°) quid ipse sentiret de accusationibus a Ioanna Wigman illatis Servo Dei, praesertim quoad eius interventionem in praefato mulierum coetu, qui « inscio loci Episcopo » habitus fuerat. Cum autem binae illae epistolae non fuerint in *Summario reportatae* (prouti opus fuisse!), responsio testis (quae, ceterum, nec incisiva est nec efficax ad Servi Dei defensionem) *vix intelligibilis* evadit!

In illis epistolis — prouti edocemur a Sor. Christina Fischer, nepote (t. 23°) — quaedam verba Servo Dei attribuuntur, quae, si vere ab ipso pronunciata fuerint, irreverentiam et insubordinationem erga Episcopi auctoritatem procul dubio saperent.

« ... In seguito — *refert testis* — ebbi fra le mani la famosa lettera della signora Käller-Wigman, nella quale è scritto: ‘*Siate prudenti, il Vescovo e il clero non devono sapere nulla*’. Lo zio Fons avrebbe detto questo durante l’adunanza » (p. 248, ad 45).

Ipsa testis praeterea, affirmat se interrogasse etiam *Ioannam Bernardam Schoemaker* (quae nempe est Sor. Mechtildis Ioanna Bernarda, t. 30^{us}: cf. *Summ.*, pp. 308 ss.), quae praefato mulierum coetui

interfuerat, ut cognosceret « che cosa avvenne nell'adunanza *Hallo*, in particolare circa le parole pronunciate dal parroco Ariëns riguardo ai Vescovi ». - Et ista mulier, prima vice respondit « che non si ricordava più nulla di quell'adunanza »; - deinde vero « mi disse negando in modo assoluto: 'No, non è possibile che egli abbia detto questo' » (p. 248, § 773).

Praefata *Ioanna Bernarda Schoemaker*, deinde, in sua depositio-ne tamquam t. 30^{us}, haec retulit:

« Immediatamente dopo l'assemblea, l'Arcivescovo vietò al Servo di Dio di occuparsi di questioni sociali per un periodo di due anni; ma quel divieto fu revocato », quando nempe *Ordinarius* cognovit — ut ipsa testis refert — « che era stato male informato » (p. 313, § 939; et p. 312, circa finem).

Tribunal, ad res delucidandas, sciscitavit etiam a teste 88°, *d.na Ioanna Francisca A. Steenhoff* (cuius mater *Albertina* una ex feminis fuerat quae illi coetui de *Hallo* adstiterat) quamnam partem *Alfon-sus Ariëns* in illo habuisset, et speciatim ex officio, *num ipse pronun-ciasset* eiusmodi verba: « *Lasciamo i Vescovi fuori della faccenda* » (cf. p. 561). - *Et testis simpliciter respondit*:

« Sono convinta che il Servo di Dio non ha detto questo in quella maniera; e quand'anche egli avesse detto una tal cosa, non sarebbe stato un fatto grave, dato che si trattava di un piccolo circolo di signore, le quali l'avevano fondato di propria iniziativa » (*Ibid.*, ad finem). Addit autem quod, « terminata la preparazione necessaria, il Servo di Dio intendesse sottomettere l'affare ai Vescovi »: prout ipsa deducit ex quadam epistola *Alfonsi Ariëns* ad matrem (*Ibid.*).

Quid dicendum de ista testis responsione? Non aliud quam id quod *cl. Patronus* sic reassumendo adnotavit:

« La teste... risponde ad esplicite domande formulate dal Tribunale su supposte controversie che P. Ariëns ebbe con i Vescovi: tuttavia non chiarisce come realmente stavano le cose » (Summ., p. 559).

51. — Ut quisque videt, *res non sunt omnino clarae ac perspicuae*, quamvis non desint elementa et indicationes quae nostro Servo Dei favere possint, ad eum excusandum ab irreverentia et insubordinatione saltem formali erga auctoritatem episcopalem in ea delicata et implexa quaestione: quae, procul dubio, *eget profundiore investi-*

gatione ac studio, ut exemplaris eius obedientia, qualis sacerdotem decet, plene evinci possit, simulque a contrariis incusationibus efficaciter purgari.

52. — *De virtute Mansuetudinis*. - *Mansuetudo*, ad cuius salutare exercitium Christus Dominus omnibus sed praesertim suis discipulis semetipsum in exemplum proponit (cf. Mt., 11, 29), est virtus moralis — relationem suapte natura habens ad virtutem cardinalem temperantiae sed et ad fortitudinem — quae irae seu iracundiae motus secundum rectam rationem moderatur, ita ut nonnisi iusto ac debito modo indignationis sensus manifestentur, cum recta dumtaxat intentione, nec umquam debitum ordinem ac mensuram transgrediendo (cf. S. *Theol.*, II, q. 157).

Iamvero plures testes adnotarunt *indolem vehementem et impulsivam Servi Dei*, necnon *frequentes indignationis et iracundiae motus*, etsi haud pauci eum excusare satagant ob eius praesertim sincerum sese emendandi conatum.

Inter alios, *prof. Gerardus Brom*, eius biographus (t. 3^{us}), advertit:

« Era impulsivo di natura e nervoso, e quindi soggetto a motivi psichici, più di quelli che possiedono una natura meno sensibile » (*Summ.*, p. 28, § 98; cf. pp. 42, § 140; 56, §§ 192; etc.). Et hanc *proclivitàtem* ad iracundiam ipse Servus Dei agnoscebat (cf. p. 56, § 193; etc.).

« Era troppo focoso », ait neptis *Clara Fischer* (p. 301, § 914). - Et quadam die « lo zio Luigi gli disse: ‘Non devi essere così veemente, se la gente non ti dà nulla, per una cosa che tu credi necessaria’ » (p. 302, § 916).

Exc.mus Smit (t. 34^{us}): « Era un po' nervoso... Sembrava essere un po' pauroso a causa della sua nervosità » (p. 357, § 1055).

Rev. R. Peters (t. 4^{us}), viceparochus ann. 1908-1915, refert quod, ob quandam gravosam Archiepiscopi decisionem, « *il Servo di Dio si adirò*, e disse: ‘Ci prendono per ragazzacci!’. Ma si rassegnò » (p. 64, § 220).

Et *Rev. W. De Jong* (t. 35^{us}), qui fuit eius vicerapochus in Maarsen ann. 1925-26, refert quod etiam *novissimis vitae annis*,

« a causa della sua nervosità si esprimeva alle volte in modo un poco esagerato ». - *Et addit*: « E' vero che talvolta era impaziente, per

c esempio, quando aveva a che fare con della gente stupida » (pp. 367 et 369, §§ 1078 et 1081).

Item *Rev. A. Vogelpoel, C. SS. R.* (t. 25^{us}), qui novit Servum Dei apud Institutum geriatricum, ann. 1926-28, sic deponit:

« Per tutto il tempo dei miei rapporti con lui, non trovai difetto in lui, eccetto una tendenza verso una certa veemenza » (p. 268, § 823).

- Et « una volta intesi un diverbio (inter Servum Dei et alios duos sacerdotes): sentii che erano tutti riscaldati », ipso Ariëns incluso (p. 269, § 825).

53. — Videtur itaque etiam *novissimis vitae annis* Servus Dei ab eiusmodi impulsiva indole atque iracundiae motibus non plene sese emendasse.

Eiusmodi defectum plures alii testes confirmant, etsi eum plerumque excusent sive ob personalem emendationis conatum sive ob subsequentes humilitatis actus in petenda aliis venia.

Sic *d.nus Iacobus Rogier* (t. 89^{us}): « Nelle sue reazioni, orali e scritte, nella sua mimica, il parroco Ariëns era assai spontaneo, e si serviva di termini che facevano impressione, talvolta perfino duri e scostanti. Seguiva però sempre immediatamente la correzione ».

Et *F. Smithuyzen* (t. 32^{us}): « E' vero che era di indole alquanto veemente; ma sapeva sempre accordarsi con gli altri » (p. 302, § 916).

Item *d.na Alida Maria Reith* (t. 58^{us}): « Il Servo di Dio era piuttosto nervoso; ma si notava che faceva di tutto per controllarsi » (p. 455, § 1055).

Et *Rev. Feldbrugge* (t. 59^{us}), ad ann. 1919-21, refert quod quadam die Servus Dei coram viceparochis et ancillis, sic se accusavit dicens: « *Eppure oggi mi sono arrabbiato di nuovo* » (p. 459, § 1299).

Etiam in scribendo vehemens plerumque erat Servus Dei. Ad rem, sen. *Herman Nijkamp* (t. 8^{us}):

« Il Servo di Dio fondò il periodico ‘*L’Operaio Cattolico*’... Il periodico ‘*Giustizia per tutti*’, dei socialisti, era molto aggressivo. Perciò il Servo di Dio al principio lo era anche. Dopo divenne molto più moderato » (p. 137, § 442).

54. — Laudabiles quidem sunt huiusmodi sese emendandi studia et conatus, cum externis etiam, ubi excessisset, humilitatis actibus. Nihilominus, cum ad *novissimos usque vitae annos*, Alfonsus no-

ster in iracundiae motus frequenter incideret, non videtur eosdem sufficienter cohibuisse nec plenum sui dominium umquam attigisse, nec proinde illum *virtutis habitum*, sine quo perfectio virtutis haberri nequit.

Utile et opportunum itaque erit ut circa peculiarem hunc aspectum vitae moralis Servi Dei, profundior et accurata investigatio fiat, ad hoc ut clare appareat Servum Dei et ab inconsultis imo et iracundiae motibus sese refraenare sincere atque assidue adnsum esse, et plenum sui dominium tandem assecutum.

55. — *Huc spectant etiam, frequentes et acres controversiae et dissensiones a Servo Dei habitae cum personis, etiam e clero, ceterum de apostolatu catholico et sociali in Hollandia bene meritis, quamvis eius rectae animi dispositiones erga adversarios plerumque a testibus agnoscantur. Quaedam ex iis heic breviter innuntur.*

Doct. G. Brom (t. 3^{us}), ita recolit dissensiones habitas cum *Rev.mo Schaepman*, qui erat sodalis coetus « Deputatorum », olim ipsius Servi Dei magister: « (Il Servo di Dio) ha avuto sempre la più grande riconoscente venerazione per *Schaepman*, anche se soffriva a causa dell'attacco, non per la propria persona, bensì per le conseguenze che questo comportava per il suo lavoro » (*Summ.*, p. 47, § 158).

Item *Sor. Ioanna Bernarda Schoemaker* (t. 30^{us}): « Ammiravo il coraggio col quale il Servo di Dio continuava a lavorare, nonostante l'opposizione anche del suo ex-maestro dott. H. *Schaepman* » (p. 309, § 932).

Et *Rev. A. Vogelpoel, C. SS. R.* (t. 25^{us}): « Se durante la conversazione si nominavano persone con le quali il Servo di Dio aveva avuto dissensi piuttosto gravi (per es. il dott. *Schaepman*, il rettore *Thomson*), il suo atteggiamento rimaneva sempre amabile, non acerbo o pieno di rancore » (p. 272, ad 107; cf. p. 68, ad 72; etc.).

56. — *Dissensiones cum ephemeredum redactoribus.* - Constat etiam ex Actis, ea tempestate qua acres inter ipsos catholicos dissensiones ortae sunt circa novas agendi lineas ac methodos in quaestonibus praesertim socialibus, Alfonsum Ariëns saepe ab « adversariis » impetum fuisse eiusque ideas et motiones acriter impugnatas. Inter alios impugnatores, erat vir notae famae et auctoritatis, *Rev. Thomson*, ad plures annos « redattore capo » pernoti diarii « *Der Maasbode* » (tendentiae « integralistae », ut dicebatur), item auctor plurium articulorum in ephemerede « *Rome* » (cf. *Summ.*, p. 32, § 113; etc.).

Nominatim mentio fit de violenta reactione ex parte praefati redactoris *Thomson* occasione « *coetus mulierum* » (quem *Servus Dei* probaverat: v. n. 49). Ipse autem *Servus Dei acerbioribus verbis conquestus est*, uti patet ex testimonio *Rev. Remigii Peters*, qui fuit vice-parochus ipsius Ariëns ann. 1908-1915:

« Quando il periodico *Rome* reagì con violenza a questo fatto, intesi il Servo di Dio dire: ‘Ecco che ha combinato quella gatta, che voleva diventare presidente ad ogni costo» (p. 64, § 221).

Et Tribunal, ab alio teste, nempe a *doct. G. Brom* (t. 3°) quaesivit: « Cosa ne pensa dell'espressione 'gatto arrabbiato', che il Servo di Dio usò una volta in una lettera? ». *Et testis* hanc dedit (forsan non plane satisfacientem) responsum: « Tale espressione è assolutamente unica; suppongo inoltre che gli fu suggerita da altri; fu un periodo di grande tensione per tutti gli Olandesi » (p. 47, § 158).

Huc spectant etiam relationes non semper amicales, quae extitisse referuntur inter *Servum Dei* et *Rev. Hyacinthum Hermans, O. P.* (per circ. 50 annos moderatorem praefati diarii « *Der Maasbode* »), qui tamen excludit quod fuerit « rancore personale da parte del dott. Ariëns » (pp. 570 s.; cf. pp. 47 s.).

57. — Cum itaque non leves imo et diurnae *dissensiones* et *controversiae* exstiterint inter Alfonsum Ariëns et alios, sincere pariter adlaborantes ad bonum Ecclesiae et animarum, etsi aliis et aliis principiis ac methodis, valde opportunum erit ut de *eiusmodi controversiis* clara et concinnata delineatio exhibeat, ad hoc ut de recta agendi ratione Servi Dei plane in omnibus constare possit. Tribunal equidem dioecesanum et testes ad deponendum induci plenam factorum seriem atque concatenationem, pro temporum vicissitudinibus, optime cognoscebant, quae tamen, hodiernis Consultoribus, elongatis iam atque mutatis temporum locorumque adiunctis, minus clare ac perspicuae haud raro apparent.

De Scriptis Servi Dei.

58. — Ingens scriptorum segetes, quae Sacerdotem Alfonsum Ariëns auctorem habent, in limine Causae collecta est, et a diversis Censoribus theologis, qui decem omnino sunt (binis pro respectivis

scriptorum sectionibus) rite examinata: quorum integrum *elenchum* (ad 32 plenas paginas), cum relativis numeris, cl. Patronus piae oculis nobis laudabiliter posuit, ita ut et referentiae ipsorum Censorum exinde pateant (cf. *Index Scriptorum S. D.*, pp. 6-36).

Plurima eaque varia Servi Dei scripta, rem homileticam, apologeticam ac socialem plerumque attingentia, sic fere brevi conspectu exhiberi possunt:

I. - *Opera typis edita*, videlicet:

— Libri et libelli seu opuscula, in variis tomis collecta, inde ab an. 1889 et usque ad an. 1937 (aliqua ex iis sunt postuma) typis consignata.

— Articuli varii in periodicis seu ephemeridibus a ipso Alfonso Ariëns conditis, editi, et quidem: *De Catholieke Werkman* (L'Operaio Cattolico), in quo circ. 757 articuli a Servo Dei inter ann. 1893 et 1898 recensentur; - *De Krusbanner*, an. 1896 conditus a Servo Dei, qui est principalis auctor ipsius periodici usque ad an. 1907, cum articulis sane plurimis, quos exacte computare fere impossibile est; - « *Sobrietas* », quod erat organum foederationis catholicae in Hollandia ad alcoollismum debellandum: exstant 19 volumina, inter annos 1907 et 1928 edita, cum 260 circ. articulis; - « *Bonus Miles* », 4 volumina complectens, ab an. 1918 ad 1925, cum 10 articulis.

— Praefationes et articuli in libris et libellis aliorum auctorum vel in periodicis ab ipso Servo Dei non conditis ann. 1887 et 1927.

— Articuli in foliis quotidianis et hebdomadariis, in uno vol. collecti, qui pp. 112 constat.

II. - *Opera manuscripta*:

- Conciones sacrae, in sex fasciculis;
- Allocutiones: collectiones sex (ex Archivo Universitatis Catholicae de Nijmegen);
- Adnotationes;
- Collectiones epistolarum, in 44 tomis.

Ingens sane et varia scriptorum moles, quorum magna pars exscribenda erat, vel photographice reddenda, ut Censoribus rite examinanda consignari possent. Quapropter Rev.mi Iudices Processus Ordinarii a S. Congregatione Rituum petierunt ut « haec scripta ad

normam can. 2045 et 2036 C. I. C. *a peritis ad hoc designandis recognoscantur ubi asserventur* ».

Et S. Rituum Congregatio, Rescripto d. 24 nov. 1961,

« benigne annuit pro gratia iuxta preces, *exceptis litteris a Servo Dei conscriptis et excerptis ex Diariis (ac libellis)*, quae aut photograpphico exemplari aut apographo authentice recognito ad Sacram hanc Rituum Congregationem transmittenda sunt. Revisionem autem aliorum scriptorum quod attinet, servetur Instructio Rev.mi Promotoris Generalis Fidei » (cf., in *De Scriptis*, p. 40).

Quibus rite peractis, Em.mus Card. Archiepiscopus Ultraiectensis vota *octo* Censorum, qui varias scriptorum sectiones in Hollandia reviserunt, d. 1 aug. 1965 Romam transmittenda curavit, ad normam praefati Rescripti; reliqui vero Censores (qui sunt 9^{us} et 10^{us}) ab ipsa S. Congregatione fuerunt designati.

59. — Exstant itaque in *Summario super Scriptis*, Vota decem Censorum theologorum, per quinque eorundem scriptorum classes a binis Censoribus respective examinatas (cf. pp. 41-83), eaque omnia ac singula *positivis iudiciis*, ad doctrinam de fide ac morum puritatem quod attinet, concluduntur, paucis subnxis animadversionibus, quae eiusmodi iudiciorum substantiam non inficiunt. Et quidem:

Primus Censor, qui conspicuam partem *concionum* Servi Dei, una cum altero Censore examinandam suscepit, votum suum ita concludit:

« Sermones eius argumento nobis sunt, eum sincerum pastorem animarum fuisse, omnes gregis sui necessitates, etiam temporaneas perspicientem... Magister morum sed et virtutum est: non solum enim gregem suum a malo arcere, sed multo magis ad vitam vere christianam incitare studet... Servi Dei sermones titulum eiusdem sepulcro insculptum, confirmant: *Ariëns - Sacerdos* » (Vot. I, p. 46).

Et *secundus Censor*:

« Sermones imaginem praebent pastoris, magna ovium cura prae-diti, quem ingens Dei et hominum amor movet. Eum ipsum e S. Scriptura vivere et eadem mente fideles sibi commissos induere appetet. Ecclesiae tota mente adhaerebat, cuncta defendens quae Ecclesia proponebat vel praecipiebat... Vere sacerdotem, vereque hominem singulari quidem ratione se praebuisse mihi videtur » (Vot. II, p. 47 s.).

Nec aliter *tertius ac quartus Censor*, qui alteram portionem concessionum Servi Dei examinarunt (cf. *Vot. III*, p. 53; *Vot. IV*, p. 57).

Similiter *quintus et sextus Censor*, qui portionem primam *allocutionum* Servi Dei, necnon *septimus et octavus Censor*, qui alteram diligenter examinarunt, in positivam consenserunt sententiam.

Ad rem, *VI Censor*:

« Verba Redemptoris *Misereor super turbam semper in animo habebat. Misericordiae praesertim erga opifices plenus, verissime dicere potest: 'Post Deum et Ecclesiam, emendatio vitae socialis opificum mihi summae curae est'.* - Ad emendandam eorum vitam miserrimam, numquam potestatis, sed semper caritatis arma adhibenda sunt... *Novum ordinem socialem* super fundamentum caritatis et iustitiae erigendum esse proclamat... Mirabile dictu mentem Servi Dei Alfonsi tam frequenter ad doctrinam et exempla S. Scripturae versasse, ut eius scripta passim testificantur. Insuper, ut luce clarius apparet, vitae Sanctorum, variisque doctrinis studere numquam desit.

« Terrena autem oblitus non est. *'Christianorum est, ut dicit, attamen non est virtus christiana, terram pro Patria coelesti obliisci'*... Allocutiones Servi Dei amorem Dei, caritatem erga proximum et admirabilem prudentiam christianam spirant. *Conclusio*: in scriptis S. D. Alfonsi Ariëns nihil contra fidem, aut mores, nihil contra doctrinam Ecclesiae inveni» (*Vot. VI*, p. 62 s.; cfr. *Vot. V*, p. 61; *Vot. VII*, p. 65; *Vot. VIII*, p. 69: «Quapropter dicendus est Ariëns homo vere apostolicus fuisse, magno corde sacerdotali prosequens omnes necessitates populi in honorem Dei super omnia et in omnibus dilecti»).

Tandem *duo novissimi Censores theologi* (nonus et decimus), a S. Rituum Congregatione deputati ad omnes Servi Dei *epistolas* examinandas una cum diversis *operibus typis editis* (scil. libris, libellis, articulis in variis periodicis), *sententiam pariter positivam* ediderunt.

« Nihil in scriptis Servi Dei apparet — ita *Censor X concludit* — quod mores vel veritates Fidei offendere possit. Mirandum quod S. D. tunc temporis tot et tantas ideas perspexit, contra communem modum vivendi, quae hodie veritates inconcussae habentur, praesertim quoad vitam socialem» (*Vot. X*, p. 79 s.).

Iidem Censores singulares quoque *virtutes*, quae a Servi Dei scriptis eiusdem spiritualem vitam praelucentes potissimum desumi possunt, breviter recensuerunt (dilectionem Dei et amorem proximi, iusti-

tiam, oboedientiam, humilitatem, prudentiam, spiritum sacrificii): cf. *Vot. IX*, p. 76; cf. *Vot. X*, pp. 79-83.

Attentis itaque Censorum theologorum votis, *nihil ex scriptis Servi Dei Alfonsi Ariëns*, in praesenti limine Causae, animadverendum habeo.

Litterae Postulatoriae.

60. — Inter annos 1966 et 1967 Postulatoriae Litterae duodequadragesima ad Sedem Apostolicam pervenerunt, ad Servi Dei Causae Introductionem implorandam (41 pp.). Ex iis, quinque ab Em.mis Viris missae sunt, scil. Card. Iudio Döpfner, qui tunc erat Archiep. Monacensis; Card. Mauritio Feltin, Archiep. Parisiensi; Card. Bernardo Alfrink, qui est Causae Ordinarius competens, utpote Archiepiscopus Ultraiectensis; Card. Leone I. Suenens, tunc Archiep. Mechlinien. et Bruxellen: ; Card. I. Frings, Archiep. Coloniensi.

Accedunt Litterae octo Exc.morum Praesulum, plerumque ex Hollandia: ex iis mentione digna est Epistola a Praeside « *Ariëns-comité* », Exc.mo Francisco G. Cramer, nomine eiusdem coetus missa; item Litterae Rev.mi P. C. Koser, Ministri Gen. O. F. M.; necnon Rectoris Universitatis Catholicae Noviomagensis cum senatu academico; Parochorum in locis *Enschede*, *Steenderen* et *Maarssen*, in quibus nempe Alfonsus Ariëns pastorale ministerium exercuit et multiformem activitatem exeruit; item praesidum quorundam coetuum culturalium ac socialium; atque aliorum.

Mentione quoque dignae habentur Litterae quas ad Sedem Apostolicam miserunt cl. Minister « des Affaires Sociales et de la Santé Publique » in Hollandia, Primus Reginae Administer, et Praeses Syndicatus Operariorum Catholicorum item in Hollandia.

Postulatoriae Litterae *sanctitudinis famam* Servi Dei inter varias christifidelium classes in Hollandia iamdiu vigentem et ad nostros usque dies late perseverantem imprimis testantur, eiusque validum *fundamentum*, eximio christianarum virtutum exercitio connotatum plerumque insinuant.

Peculiares vero *convenientiae* et *actualitatis* introducendae Causas rationes in eo potissimum advertunt, quod *Servus Dei res socialem quaestionem* attingentes acuta mente et impigra opera, ad catholi-

corum praesertim opificum tutanda iura eorumque materialem ac spiritualem condicionem ad christianaे doctrinae principia provehendam, intrepido animo atque efficacibus propositis mediis, assidue adlaboraverit. Satis fuerit quaedam excerptere ex litteris (2 aug. 1966). *Praesidis Syndicatus Catholicorum Opificum* in Hollandia:

Servus Dei Alfonsus Ariëns « imprimis exemplum sui Redemptoris Iesu Christi misericordiae in pauperes secutus est... Orans et meditans, populi caritate affectus, Ariëns maxime motus est periculis operario-rum: pericula haec erant alcoholismus et Religionis negligentia. Non solum pani eorum quotidiano materiali curam dedit, sed etiam et imprimis formationi christianaे, solidaritati et paci sociali... Ipsi aca-tholici, « quamquam sciebant hunc sacerdotem semper fidelem filium Ecclesiae mansurum, magnam admirationem pro eo habuerunt. Studium quo missionum et mulierum associationum, sanctitatis sacer-dotii flagravit, etiam in populo auctoritatem habuit »; semperque « magnam existimationem operariorum catholicorum sibi compara-vit », atque « per verba et scripta populo fideli catholico virtutem de-dit ad procedendum in socialem iustitiam, pacemque socialem, ad plenitudinem formae Christi ».

Et hisce concludit verbis: « Nos, syndicatus catholicae operario-rum Neerlandicorum sodales, audemus dicere sacerdotem Alfonsum Ariëns, qui hunc syndicatum condidit, etiam Fidei et virtutum chri-stianarum maxime operariis fundamentum posuisse » (*Litt. Postul.*, n. 37, p. 39 s.).

CONCLUSIO

61. — Haec quae in praeliminibus Causae Servi Dei ALFONSI MARIAE ARIËNS decursu harum *Animadversionum* exposuimus vel adnotavimus, sic breviter, deducendo, perstringi possunt:

1) *Probationum instructus*, conspicua 93 testium depositionum copia ex Processu Informativo Ordinario ann. 1958-1965 in Curia Archiepiscopali Ultraiectensi adornato, constans, sufficiens et abundans, in hoc praeliminari stadio aestimatur; imo haud pauca ele-menta praesefert, quae valde utilia etiam pro futura disceptatione super Virtutibus praevidentur.

Documentorum autem series, quae in hodierna *Positione* exhibi-

bita sunt, *admodum exigua et omnino insufficiens est* (cf. *Summ.*, pp. 377-386).

2) *Sanctitatis fama*, ipso Servo Dei vivente ac praesertim binis novissimis decenniis quibus parochi munere in paroecia apud urbem *Maarssen* fungebatur, aliquatenus adumbrata, magis post eius mortem manifesta facta est, et usque in praesens perseverans atque per Hollandiae regiones diffusa, satis ex *Actis* comprobata videtur.

3) Nec solidum abesse videtur *fundamentum*, quantum ex testimoniis fere omnium concordi voce adstrui potest, assiduo constantique christianarum virtutum exercitio consistens, quod *Servus Dei* praestitisse refertur in diuturno 46 annorum sacerdotali ministerio — e quibus circ. 40 in cura animarum —. Quod quidem intensissima activitate nedum ministeriali sed et sociali, ad catholicas opificum coniunctiones confovendas easque christianis principiis imbuendas, cum ingenti etiam litteraria, tum homiletica tum apologetica ac sociali productione, connotatur magnisque laudibus communiter extollitur.

4) Dum universa fere *Servi Dei* vita et activitas, in suo nempe ambientali quadro, pro implexis temporum adiunctis in Hollandia, ex processualibus tabulis satis explorata dicenda est, *haud pauca tamen emerserunt vitae momenta et episodia*, quae pleniores expostulant delucidationes, atque *momentosas quaestiones* excitant, quibus enodandis sedulam Actores operam intendant oportet (cf. nn. 24-56).

bus enodandis sedulam Actores operam intendant oportet.

In hunc finem *pleniores investigationes in archivalibus fontibus* sollerti studio faciendas, nemo non videt, ut congruens et adaequata *documentorum copia*, pro ipsius Causae momento, suppeditari possit tum ad varias supplendas testificales lacunas, tum ad peculiares *quaestiones plenius elucidandas*.

5) *Graviores difficultates*, quae Causae iter atque progressus praepedire possint, vix ex processualibus tabulis emergere visae sunt, nisi ex depositione testis⁶, inter praecipuos (ob directam testis scientiam et ob disertam depositionis copiam accensendi: cf. *Summ.*, pp. 100-133), molesta admodum difficultas advenisset, quod nempe *Servus Dei euthanasiam sibi procurandam* (ad periculum apparentis

mortis evitandum) aliquando a suo coadiutore expetierit (cf. *Summ.*, p. 109, ad 17; v. *supra*, nn. 25-26).

Quae quidem quaestio, eius naturae ac gravitatis est, ut facile quisque videt, *quae rationem peremptorii obstaculi implicare possit*, *eaque ab Actoribus in ipsius Causae limine*, antequam scilicet ad eius introductionem deveniri possit, *penitus solvenda ac delucidanda erit* (v. *supra*, n. 27).

Ceterum Causa pluribus iisque conspicuis elementis pollet atque positivis ornatur notis, ob Servi Dei virtutes aliunde eximias atque egregiam ab eo exantlatam operam in re potissimum sociali, *quae eam multiplici ex titulo commendare videantur*. Adeoque enixe sperandum, ut singularis illa gravisque difficultas plene undequaque, *inde a limine*, resolvi possit.

Quae quidem dicta sint sub censura, salvo, etc.

Romae, die 3 maii an. 1981.

Fr. CAIETANUS STANO, O. F. M. Conv.,
Fidei Promotor Generalis